

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENDO RELICTIS,

Ge. 42.

UNIVERSITÄTS- UND LANDESBIBLIOTHEK
SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG
LEHRSTUHL FÜR
HISTORISCHES RECHT
UND VERFASSUNGSGESCHICHTE
DES NIEDEREN DEUTSCHEN REICHES
UND DER NACHBAREN
LÄNDER



ALZOTTI
1798

TRACTATUS JURIDICUS
JURIS NATURALIS

Nobilissimus de Scribis Augustus
in hoc propinquo
in hoc volumine continetur
in summo Conspectu
in hunc finem

UNIVERSITATIS ACADEMIAE BRANDENBURGICAE
DISPOSITIONES
1798

AUGUSTUS ET BRUNNUS
SAMUEL STREYKEN
LUSITANT ET NOVELL
EXTRAORD
INDEX

ERNESTI
1798



3

Quod Felix Faustumque Jubeat
JEHOVAH.
DISSERTATIO JURIDICA
DE
DARDANARIIS

AD
L. ANNONAM VI. FF. DE EXTRAORD. CRIMINIB.

QUAM
CONSENSU AC AUTHORITY MAGNI-
FICI JURECONSULTORUM ORDINIS, IN ILLUSTRIS
HAC AD VIADRUM ACADEMIA,
SUB PRÆSIDIO

VIRI NOBILISSIMI, CONSULTISSIMI ATQUE
EXCELLENTISSIMI

Dn. JOHANNIS BRUNNEMANNI,
PHILOSOPHI AC JCTI CELEBRATISSIMI, DECRETALIUM
PROFESSORIS PUBLICI MERITISSIMI, AMPLISS. FACULTATIS
JURIDICÆ ORDINARIÏ AC SENIORIS
VENERANDI;

DNI. PATRONI, PRÆCEPTORIS AC PROMOTORIS SUI
OMNI OBSERVANTIÆ CULTU ÆTATEM PROSE-
QUENDI.

PUBLICÆ ERUDITORUM DISCUSSIONI
SUBJICIT

SAMUEL STRYKE,

LENZENSIS-MARCHICUS,

AD D. DECEMBR. ANNO O.R. c^o 1061XIII.

HORIS AB VIII. MATUTINIS

IN AUDITORIO JCTORUM.

Typis ERASMI RÖSNERI.

V I R O
GENEROSO ac EMINENTI
DNO. IOHANNI ab HOVERBECK,
Augusti atq; Potentissimi Dn. Electoris Brandenburgici in Secretiore Confesfu Senatori Excellentissimo, Electoratûs ac Marchionatûs Brandenburgici Dapifero Hæreditario &c. in Euchmedin, Baronovvo, Damkovv. & Gieseler &c.

ut &

V I R O
MAGNIFICO ac EMINENTI
DNO. FRIDERICO de IENA,
Jcto incomparabili, Serenissimi ac Potentissimi Dn. Electoris Brandenburgici intimiorum ac Feudalium Confiliario Nobilissimo, ut & per Principatum Halberstadiensem Cancellario Gravisimo &c.

nec non

V I R O
NOBILISSIMO ac EXCELLENTISSIMO
DNO. ANDREÆ COSELIO,
Cameræ Electoralis Brandenburgicæ, quæ Colonia ad Spream est, & Rerum Oeconomicarum Confiliario Amplissimo.

DOMINIS PATRONIS ac MECÆNATIBUS
suis summis.

Exercitium hoc Academicum
In debite submissionis atq; Observantiæ tesseram, sui, suorumq; studiorum qualium qualium recommendationem.

DAT, DICAT, CONSECRAT

Vr, Vr, Vr. Generos. atq; Excellent.
obsequentissimus Cliens.

SAMUEL STRYKE.



FELICITER.

D Rincipio rerum, Gentium Natio-
numque, postquam Societatum constituta jura,
atq; jacta fundamenta erant, ipse eas conservan-
di innatus ardor contractuum necessitatem ef-
flagitabat. Mundus enim qui Protoplastis co-
piæ erat, in inopiæ ipsis, propter horrendam illam ἀνομίαν, cornu
convertebatur; Inde itaq; indigentia illius communis, quã ad-
huc hodie experimur omnes, arcessenda Principia sunt. Quod
Cræsus alter, alter Irus, eidem fonti originem debet. Quoni-
am verò naturã homo Politicum animal est, atq; aptum ad So-
cietatem colendam natum, Contractuum auxilio huic incom-
modo itum est obviam. Hinc permutando indigentia suæ atq;
inopiæ quæsivere emplastrum. Plerumq; enim eveniebat, ut
quod alteri supererat, deesset alteri: illo verò quo abundabat al-
ter, alter indigeret. Bene quidem hæc procedebant, quamdiu
ille, quod hic desideraret, & hic, quod ille reciperet, habebant:
Sed cum id haud raro deesset, incommoda hoc commerciorum
genus haud exigua mansere. Operæ itaq; pretium teste Paulo
Jcto in L. 1. pr. ff. de Contrah. Empt. fuit, ut certa materia eligere-
tur, cujus publica ac perpetua æstimatione difficultatibus permu-
tationum, æqualitate quantitatis subveniret. Nummus inve-
niebatur, qui omnium rerum metiretur valorem, & proportio-
nata æstimatione ad æqualitatem reduceret. Novo hoc permu-
tandi genere per nummum invento, nova quodammodo obliga-
tionis successit species, Emptio nimirum & Venditio. Permu-
tationi quidem haud adeo hæc dissimilis L. 2. ff. de Rer. Permutat.
non tamen planè cum eadem eadem L. 1. ff. d. t. & L. 5. §. 1. ff. de P. V.
Hic contrahendi modus ad nostra quoq; tempora, priori tamen
non planè abolito, permansit, sat commoditatis, ad ulteriorem
Societatis humanæ continens conservationem. Sed uti con-
stans atq; omni ex parte integrum in rerum naturã reperitur ni-
hil, quod non vitiorum aliqua contaminetur labe: Perinde quo-
què se res in omnibus ferè contractibus habet. Cum enim mul-

tæ hominibus ad nequitiam viæ sint, per *Nov. 22. c. 15.* Semper
inveni homines nequam sunt, qui calliditate sua, vel potius ne-
quitiâ eò progressi audaciæ sunt, ut omnia in propriam, publi-
câ susque deque habitâ, utilitatem convertere haud erubuerint;
*Ut everfos esse mores, regnare nequitiam, in deterius res humanas & in
omne nefas labi,* exinde rectè cum *Senec. lib. 1. de Benefic. c. 10.* quis
possit conqueri. Imprimis verò illa seculi pravitas, & fraudum
pleni mores luci publicæ in contractu, quem dixi, Emptionis &
venditionis, exponuntur. Licet enim Negociatoribus, & præ-
fertim illis, qui circa annonam versantur, cognitum optimè sit,
largissimis se decoratos privilegiis, dum inter cætera, quamdiu
in ejusmodi actu sunt, à muneribus publicis immunitas ipsis con-
cessa, in *L. semper 5. §. 3. ff. de Jur. immun.* ob elegantem, quæ in *d. L.*
subnectitur, rationem: Nam, inquit Callistratus, *remuneranda
pericula eorum, quin etiam & hortanda præmiis, meritò placuit, ut qui
peregrè muneribus, & quidem publicis cum labore & periculo funguntur,
à domesticis vexationibus & sumptibus liberentur; Cùm non sit alienum,
dicere, etiam hos Reip. causâ, dum annonæ urbis serviunt, abesse.* Nihilo
minus tamen illi ex hac legum clementiâ, uti fieri testatur *Imp.
Justin. in Nov. 53 c. 3. princ.* occasionem sumunt delinquendi. Quid
enim frequentius unquam, quam Emptori obsoletas, plus justo
laudando, obtrudere merces, illumq; non tantum ultra dimidiû,
sed haud rarò ultra alterum tantum lædere pariter atq; decipere,
*Legi in causse 16. §. idem Pomponius 4. ff. de Minorib. pro suâ velandâ
turpitudine, eam allegando, fraudem facientes per L. 29. ff. de L.L.*
Sed quamvis grande nefas privatus privatum decipiendo com-
mittat; Levidense tamen est, si privatum cum publico bonum
velis comparare. Omne enim crimen, quod turpitude comita-
tur, si privato eò sit nocitum; nefandum sanè erit atq; turpissi-
mum si publica inde utilitas capiat detrimentum; *SALUS ENIM
POPULI SUPREMA LEX ESTO.* Quapropter odio illi plus quàm
Vatiniano, nec pœna vulgari dignissimi, qui in publicæ rei frau-
dem annonam vexando, attemptando, flagellando reddunt cari-
orem. Dardanarii hi ominoso nomine appellantur, quos ipsos
populo execrabiles pronunciat Regum Sapientissimus *SALOMO
Prov. 11 v. 26.* Justissimè exinde horum obviam itum avaritiæ est,
tam Mandatis quàm Constitutionibus Principum, teste *Ulpiano* in famo-
sâ illa *L. Annonam 6. ff. de Extraord. Crim.* Cùm vero hoc crimine

nullum toto die frequentius patrari videamus, & ita quidē, ut impunitum plerisq; ferē in locis relinquatur; Operæ me pretium facturum arbitror, si juxta ductum *d. L. Annonam*, Dardanarios & his similes, horumq; vitā & vitiis condignā pœnam publicæ Disputationi subjecero. Rem equidē eo ipso tenuissimi mei ingenii vires longius egredientem aggredior, ut propterea Eruditiorum reprehensionē justissimē videar incurrisse: Hoc tamen mihi adhuc solaminis superest; *Etiam in magnis VOLUISSE nō omni laude carere.* Dabis itaq; veniā, Anagnosta Candide, si non omnia ad palatum tuum De Exercitio Academico edendo sollicitus animus est, nō de orbe informando politiori. Summum tantummodo Numen, à quo Principium faciendum omne, *Nov. 59 proëm.* humillimis veneror precibus, pro scopo, qui gloria ipsius, Proximi Salus, felicissimē consequendo.

Verba L. Annonam 6. ff. de Extraordin. Criminib.

Ulpianus lib. 8. de Offic. Procons.

Annonam attemptare & vexare vel maximē Dardanarii solent. Quorum avaritiæ obviam itum est tam Mandatis quàm Constitutionibus. Mandatis deniq; ita cavetur; Præterea debetis custodire, ne Dardanarii ullius mercis sint, ne aut ab his qui coemptas merces supprimunt, aut à locupletiorib9, qui fructus suos æquis pretiis vendere nolent, dum minus uberes proventus expectant, ne annona oneretur. Poena autem in hos variē statuitur: Nam plerumq; si Negotiantes sunt, negotiatione eis tantum interdicitur, interdum & relegari solent, humiliores ad opus publicum dari.


§. 1. Onerant autem annonam etiam stateræ adulterinæ de quibus D. Trajanus edictum proposuit, quo edicto pœnam legis Corneliæ in eos statuit, perinde ac si Lege Testamentaria, quòd testamentum falsum scripsisset, signasset, recitasset, damnatus esset.

§. 2. Sed & D. Hadrianus, cum qui falsas mensuras habuit, in Insulam relegavit.

CAPUT I.

De

DARDANARIORUM ORIGINE ET DESCRIPTIONE, ET DE ANNONA.

1.  Ccuratori prius vocabulorum enodationi, quàm ad ipsam rem pedem promoveam propius, aliquid impendendum temporis est. Etenim percepto distinctè vocis significatu, facilius ad rei ipsius intimiora transeundi aditus est. Ipsi exinde Philosopho *lib. 4. Polit. cap. 1.* Nominis definitio Principium intelligendi rem ipsam, haud adeo absurdè vocatur. Posset autem alicui hic ipse, qui circa nomina suscipitur labor, ad Philologorum potius forū remittendus videri; cum juri operam navantem, ea, quæ scholasticam sapiunt diligentiam, siccâ, quod ajunt, potius pede præterire, quàm circa eadem operosè se macerare, deceat. Subscriberem ferè huic consilio, atq; hâc in parte calamum deponerem, nisi eadem hîc, quæ Philosophum ad nominis *ἀνεπίβειον* indagandam impellit, militaret quoq; ratio: Facilius nimirum ipsius cognitio rei. Deinde etiam hâc in materiâ viam præeuntes in jure nostro video, non tantum Jctos, Ulpianum *in L. 1. pr. ff. de I. & I. L. 1. §. 1. ff. de Pact. L. 1. pr. ff. deposit. L. 49. ff. de V. S. Julianum in L. 51. pr. ff. ad L. Aquil. Paulum in L. 1. pr. ff. de Furt.* Sed & ipsum Sacratissimum Imper. Justinianum in suis Institutis. *ut in §. 5. quib. mod. patr. pot. solv. §. 2. de Tutel. §. 2. de Obligat. ex delict. §. 1. in f. de Interdict & alibi passim.* Imò totus ea propter in Pandectarum calce à Compilatoribus earundem, de Verborum Significatione annexus titulus est. *Conf. l. 1. ff. de O. c.* Eorum itaq; vestigiis in præsentis & mihi erit insistendum. De Autore autem *dictæ L. Annonam*, quam explicare annitor, prius præfari quædam, operæ pretium vix existimaverim, cum Ulpianum eum fuisse inscriptionis *d. L.* manifestò satis demonstrat. Floruisse verò hunc sub Adriano Imp. ejusq; scriniis præfuisse constans Historicorum sententia est, eumque in jure dicendo excelluisse, Leges ferè omnes in Pan-

15

Pandectis Initiales satis demonstrare, nec Dupondio incognitum est, aut esse debebat. Ad ipsam ergo Dardanarii vocem, 5.
quæ in ff. bis tantummodo reperitur, ut in d. L. 6. de Extraordin.
Crimin. & L. 37. de Pæn, à suo fonte derivandam propius accedo.
Conveniunt autem Interpretum pleriq; in eo; Dardanarii vocem
originem debere Dardano profligatissimo cuidam & contamina-
tissimo Mago, qui maleficis artibus annonam in granaria sua a-
vertere, mensuras in admetiendo minuere solitus est, uti ex Stuckio
lib. 2. Antiq. Conviv. c. 12. tradit Georg. Schönborn lib. 3. Polit. c. 45.
in f. unde quoq; Dardanas artes dictas esse volunt. Dn. Struvius
Exerc 48. ad ff. th. 79. qui plures citat. Joh. Jac. Wissenbach. Vol. 2.
Disp. 36. th. 15. Johan. Calvinus in Lexic. Jurid. sub hac voc. 6.
Quis verò fuerit hic Dardanus ubi locorū vixerit, non adeo in com-
perto est, deq; eo ad unum silent omnes & Juris Interpp. & Le-
xicographi. De eo quidem constat, fuisse quendam, cui nomen
Dardanus, quem fingunt Jovis & Electræ filium, qui postquam
fratrem Jasium interemisset, in Samothraciam fugit, & postea in
Asiam. Urbs ibidem ab ipso condita, quam suo nomine Darda-
num insignivit, eam postea Tros Erichtonii filius Trojam à se
appellavit. Mentionem hujus Virgil. lib. 3. Æneid. facit:

Dardanus Iliacæ primus Pater, urbis & Autor.

Sed hunc Magum fuisse meminit nemo. Potissimam verò pro
Dardano Mago defendendo rationem ex iis, quos Columella lib.
10. de cult. hortor. habet, versibus, hauriunt;

*At si nulla valet medicina repellere pestem,
Dardania veniant artes.*

Hic per Dardanas artes, Magicas intelligunt, & forsitan ex his,
tanquam ex effectu, causam aliquam præsupponunt, & per con-
sequens, fuisse aliquem nomine Dardanum, eumque Magum, à
quo hæ nomen traherent artes, collegerunt. Haud exiguum, 7.
tamen scrupulum movent illa, quæ Virgilius hinc inde in suis Æ-
neidos habet libris, Ubi adjectivum illud Dardanius & Dardanus
perinde ipsi est, quod Trojanus. Sic habet Dardana arma, Dar-
dana pubes, adulter Dardanius, Ductor Dardanius, Dardaniæ itaq; ar-
tes apud Columellam de Trojanis artibus quoq; possent explica-
ri, cum dubium nullum subsit, in tantâ hominum colluvie, qua-

- lis Trojæ fuit, qui omnes Dæmoni litabant quotidie, vetitas maximè & nefandas artes viguisse, Quicquid tamen hujus rei sit, ego in præfenti non contrariabor communi Dd. opinioni, præsertim cum illa haud exiguum roboris capiat ex *Plinii Histor. Natur. lib. 30. cap. 1.* Dardanias itaque artes, qui Magicas explicaverit vel Trojanas, me non adeo habebit adversantem; Hoc tamen concedendum omnino est, illicitas illis artes esse intelligendas.
8. Hinc Thaletem illum Sapientem, ad Dardanarios referre conantur *Andr. Dinner. Tr. de justo rer. pret. defin. cap. 3. n. 3. Jac. Menoch. de Arbitr. Jud. Quest. lib. 2. cas. 569. n. 2.* quod olei prævisam caritatem officinarum olearium conductione impeditur, vel ut alii volunt, oleas omnes coëmerit, & postea infrequenti anno carius vendiderit. Scientiam verò inopiæ illius futuræ ipsum ex Astrologia hausisse, vel à Democrito, quem scripta Dardani legisse perhibent, sibi comparasse, ex *Plinio citat. loc. Dinner.* demonstrat. Sed annon hoc casu liber sapiens ille à Dardanariatus crimine fuerit, *infra c. 4.* se differendi exhibebit occasio. *Conf. Tiber. Decianus in Tractat Criminal. lib. 7. c. 21. n. 2.*
9. Aliam Dardanariorum originem suggerit *Caspar. Klock. Tractat. de Contribut. c. 1. n. 359.* qui eos potius dictos vult Dardenarios, quod darent denarios ante; Quam derivationis rationem ex eo deducit, quod Dardenarius aliàs vocetur Propola; Propolæ autem vitium in eo conspicuum maximè sit, quod soleat dare pecuniam, antequam quicquam vel mercium, vel fructuum acceperit, ut eo minus recedere alter à contractu, & hic matura pecuniæ solutione eum eo melius decipere possit. Sed allusio hæc potius videtur, quàm genuina vocabuli derivatio,
10. ideoq; eam in præfenti facio missam. Synonyma Dardanarius varia habet, vocatur enim Græcis Πωλοπόλης, πωλομετάβολος, σιγκαππλος, παλιγκάππλος, οἱ τῆ δ' ἡνία ἐπιβλεβούτες. Latinis, secutis Græcos, Propola, Pantapola, Seplasiarius, &c. *Vid. Dionys. Godofredus not. ad L. Annonam lit. m. Jacob, Cujacius lib. 10. Observat. 19. Germanis Ein Vorkäufer, ein Aufkäufer/ein Korn-Jüde.*
11. Ad Dardanariorum progredior descriptionem, & illam ex *d. L. 6. ff. de Extraord. Crim. junct. L. in Dardanarios 37. ff. de pæn. taliter* formo: Dardanarii sunt, qui vel merces coemptas supprimendo, vel minus uberem proventum expectantes, suos fructus justo pretio vendere re-

re recusando, vel falsum mensurarum modum constituendo, annonam at-
temptare & vexare solent. Habes hic descriptionem, quam pro-
misi, non definitionem, inter quas, quæ latitet differentia, illi
etiam, qui primis tantummodo labris Philosophiæ fundamenta
delibavit, latere nequit. Potuisset quidem ita describi Darda-
narius, quod sit, qui annonam cariorem reddit; Sed si ulla in Jure
definitio periculosa, juxta L. 202. ff. de R. I. hæc sanè foret, & la-
tissimo suo significatu non tantum Dardanarios in specie, sed
etiam Monopolia, & quid non sub se comprehenderet. Itaque
potius, licet contra Regulas Philosophicas disjunctivam descri-
ptionem formando, me peccare non eam inficias, ipsissimis hujus
L. Annonam verbis juxta partes constituentes describere Dardana-
rium placuit, quæ non conjunctim semper, sed & disjunctim
Dardanarium quempiam faciunt.

Priora datæ descriptionis verba explicationi in seq. cap. re- 12.
servabo. Postrema verò, quæ in d. L. prima sunt, hic explicati-
onem merentur, quando Dardanarii attemptare annonam & ve-
xare dicuntur. Dicitur autem ANNONA ab anno, quasi annua
alimonia, cum sit proventus unius anni, non frumenti tantum,
sed & aliarum rerum. Calvin. in Lexic. Jurid. ad h. voc. Et Go-
dofred. ad Rubric. tit. C. de Annon. & capitat. administrant. lit. L. an-
nona dicit, quâ vitam nostram toleramus. Diversas autem An- 13.
nonæ vocabulum in jure recipit significationes: Primo enim an-
nona idem est quod Salarium, ubi patet ex t. t. C. de annon. & ca-
pitat. administrant. Conf. Excell. Dn. D. Brunneman. Patronus atq;
Præceptor meus obsequiosè colendus, in Commentar. ad Cod. L. un. d. t.
Anton. Perez. Comment. Cod. ad d. t. Deinde alia annonæ civilis, 14.
de quâ in Cod. de Annon. Civilib. lib. 11. dicta exinde, quod civibus
viritim singulis diebus fuerit erogari solita. Maximè enim cu-
ræ erat Imperatoribus, ne frumenta Romæ deficerent, quod aliàs
quidem evenire solebat sæpius. Hinc Provinciæ multæ Roma-
no tunc temporis subjectæ Imperio, uti Ægyptia, Sicilia, Gallia,
Africa, tributum nomine Imp. præstabant annonarias species, eas-
quæ quotannis Romam mittebant ad alendum ibi populum, quod
refert Perez. Comment. ad tit. C. de Canon. Frument. Urb. Romæ. n. 7.
Hinc ortum quoq; trahit tessera frumentaria, quæ dabatur civi-
bus,

bus, quã exhibitã certã portione frumentum accipiebant, cujus
tesserã mentio fit. in L. 49. §. 1. ff. de Legat. 2. L. 87. pr. ff. eod. & in
L. 52. §. 1. ff. de Judic. Vid. Tiber. Decianus Tractat. Crimin. lib. 7. c.
22. n. 29. Godofred. ad d. l. 49. de leg. 2. lit. K. Et hæc annona ci-
vilis opponitur illi, quæ singulis domibus distribuebatur, teste
Perez. ad tit. C. de annon. Civil. n. 1. ad quas annonas Civiles pa-
nes etiam Civiles referuntur, quorum mentio fit in L. fin. §. fin. C.
de jur. dot.

15. Alia porro *Annona militaris*, de quã agitur in tit. C. de erogat.
militar. annon. lib. 12. Erat autem militaris annona, quæ victus
caussa militibus erogabatur, ut panis caro, vinum, acetum, ole-
um, sal, &c. L. 1. C. d. t. Ex quã Lege notari obiter potest mo-
dus annonam militarem apud Romanos distribuendi, quem ita
observarunt; ut buccellatum sive bis coctum panem duobus di-
ebus, panem alium tertio, uno die vinum, aliò acetum, uno die
lardum, biduo carnem vervecinam acceperint d. L. 1. C. & ad il-
lam Ampliſs. Dn. Præses in pr. Perez. ad d. t. C. n. 2. Godofred. ad d.
L. 1. lit. t. Petr. Gregor. Tholosanus, Syntagm. Jur. Univers. lib. 36.

16. c. 30. n. 16. Ad has annonas militares pertinet quoq; tit. in C. de
Annon. & Tribut. ubi tamen à tributo separanda annona est; Tam
quidem hæc quã illud ad sustentandam militiam concurret;
Hæc tamen ab illo differt maximè, *Annona* erat species fructu-
um ad tuendum exercitum à possessoribus quotannis erogari
solita, ut frumentum, oleum, sal &c. *Tributum* verò consistebat
vel in pecuniis vel in jumentis ad tuendum exercitum ex prædiis
suppeditatis. Dn. Præses ad L. as quidem 2. C. de Annon. & Tribut.
Perez. ad d. t. C. n. 1. Hinc annonam in speciebus consistere, tri-
butum verò in corporibus, asserit Godofred. ad Rubric. Cod. d. t.
Lit. i. Calvin. in Lexic. sub voc. annona.

17. In nostrã Lege eam sortitur annona significationem, quam
habet in tit. ff. ad L. Jul. de Annon. Ut annona sit omne illud quod
ad victum humanum pertinet, & per consequens ad eam referri
possint omnes illæ species, quæ enumerantur in L. 1. C. de erogat.
militar. annon. ut Frumentum, panis vinum, acetum, lardum, &
his similes. Vid. Petr. Gregor. Tholosan. syntagm. Jur. lib. 36. cap.
30. n. 1. Conf. L. 43. & 44. ff. de V. S. ubi & vestes sub victu con-
tineri

tineri dicuntur; Sicuti enim esu & potu tuemur corporis vitam, ita etiam vestimentis, per *dd. ll. junct. l. 234. §. 2. ff. d. t.* Non obstante *l. 21. ff. de aliment. vel cibar. Legat. Conf. Godofred. ad d. l. 43. lit. m. Johann. Goeddeus ad dd. ll. 43. & 44. de V. S. Tiber. Decian. Tract. Crim. lib. 7. c. 22. n. 1.*

Facile exinde liquet, quid sit attemptare annonam, vel vendere, nimirum ejusmodi species, quæ vel primario, vel secundo ad victum nostrum faciunt, suppressere, justo pretio vendere recusare, vel ob metum arctioris annonæ illas fraudulenter coemere, & deinde carius vendere. Dicitur autem in nostrâ Legge attemptare, pro attentare, sicuti & interdum temptare pro tentare dicitur, cujus rei exemplum exstat in *l. 2. ff. dd Extraord. Crim.* aliâs etiam ejusmodi vexatores annonæ dicuntur incendere, excandefacere, flagellare, vastare annonam, uti ex *Lampridio & Varrone docet Jac. Cujac. lib. 10. Observat. 19. sub fin. Calvin. in in Lexic. sub voc. Dardanarius.*

CAPUT II.

De

DARDANARIORUM GENERIBUS.

DE Dardanariorum origine actum in capite præcedaneo est, ubi simul eorum genium paulisper, accuratiora tamen huic capiti reservando, adumbravi. Ideoq; ad illa descriptionis verba, quæ rem totam absolvere videntur, explicanda propius accedo, ubi Dardanarios dixi illos, qui vel merces coemptas suppressunt, vel dum minus uberem proventum expectant suos fructus justo pretio non vendunt, vel falsum mensurarum modum constituunt. Ex partibus constituentibus vel potius speciebus descriptionem illam esse desumptam, ibidem addidi. Addidi & illud, necesse non esse hæc omnia in Dardanario concurrant, sed quamlibet speciem sufficere, ut quis Dardanarii incurrere possit crimen, ut rectius disjunctivè quàm copulativè illa ipsa membra ponantur. Ulterius quidem Pantapolarum naturam extendi posse non eo inficias, sed in præsentis specierum enumeratio in *d. l. 6. ff. de Extraord. Crimin. facta, sufficiat.*

B

ciat.

ciat. Quoniam autem hoc ipsum crimen affine maximè est illi, quod aliàs Monopolium appellatur, & ita quidem, ut alterum cum altero confundi toto die soleat, operæ pretium erit, brevissimo tamen linearum ductu, Monopolii indolem explicare, & an hoc cum illo idem sit, an verò diversum, examinare.

2. Monopolia variis variè describuntur, Joh. Calvin. in Lexic. sub voc. Monopolium ita describit: Monopolium est, cum penes unum tantum vendendi potestas existit, quod fit, cum unus solus, vel ut fieri solet, paucis secum admissis exercet ac emit aliquod genus mercaturæ universum, ut solus suo arbitrio vendat, & pretium statuat. Aliter Caspar. Klock. de Ærario lib. 2. c. 26. pr. Monopolium est commercium emendi vendendi, permutandivè, à paucis vel uno etiam usupatum, reliquis civibus præreptum, quâ ratione pretia augentur cum lucro negotiantis & reliquorum damno. Brevissimè Deciano d. Tr. Crim. lib. 7. cap. 21. n. 1. Monopolium dicitur, cum penes unum tantum alicujus rei vendendæ potestas est. Aliter alii Monopolia describunt; quæ quidem descriptiones diversæ sunt, si verba respicias, si verò mentem; eodem res recidet. Nec opus esse existimaverim circa accuratam hujus vitii descriptionem se macerare, cum ex modis quibus Monopolium committitur, facilè, quid sit, cognosci possit.

3. Prostat hanc in rem Saluberrima Imp. Zenonis Constitutio, quæ habetur in L. Un. C. de Monopol. & convent. negotiat. illic. ex quâ Constitutione facillimo negotio, quot Monopoliorum genera sint, & quæ tam Monopolæ, quam illis, qui se pactis labem sapientibus Monopolicam constringunt, pœna infligenda, colligere licet: Sunt autem Monopolii species palmariæ tres, quæ tam ex Rubro quàm ex Nigro d. t. C. hauriuntur. Rubricæ verba hæc sunt: De Monopoliis, & conventu Negotiatorum illicito, vel artificum, Ergo laborumq; nec non balneatorum prohibitis illicitisque pactioibus. Colligunt inde Dd. communiter has tres species 1. Quod quis Monopolium committat quando certum Mercaturæ genus E. G. Piscium, vestium, librorum &c. sibi soli arrogat, ut solus possit vendere pr. d. l. Un. 2. Incurrunt illi hoc crimen, qui illicitis habitis conventionibus conjurant, aut paciscuntur, ut species diversorum corporum negotiationis nō minoris, quàm inter se statuerint, venudentur. d. l. Un. verb. neve quis illicitis.
3. Edi-

3. *Ædificiorum Arifices, vel ergolabi, aliorumq; diverforum operum Professores, & Balneatores huic crimini obnoxii redduntur, quando pacta inter se componunt, ne quis artifex, quod alteri commissum est opus, impleat, perficiat, aut injunctam alteri sollicitudinem alter intercipiat* d. L. *Un. Verb. edificiorum quoque. Vid. Consultiss. Dn. Brunnem, Comment. ad d. L. Un. C. de Monopol.*

Hi Monopolii modi sunt, Hæ Species, hæc membra, quæ 4.
ex textu eruere licuit plura excogitarunt Dd. *Johan. Althusius in Polit. c. 32. quem sequitur Joach. Schepliz. ad Consuetud. March. P. 4. lib. 4. §. 7. n. 2. novendecim Monopolii species enumerat. Totidem quoq; Monopolii modos recitat Jacob. Menoch. de Arbit. Jud. quest. lib. 2. cas. 569. quanquam longè aliter. Sed Monopolii vocabulum in sensu latissimo illi accipiunt, ut suâ latitudine Monopolium in specie sic dictum, Dardanarios & ipsam L. Juliam de annona sub se comprehendat. Distincta tamen hæc 5.
sunt, ideoq; nec confundenda. Nulla enim adeo urgens ratio adest, quæ quo minus Dardanariatum à Monopolio distinctum dicam, me moveat. Licet enim affinitas maxima inter hæc duo sit, non tamen propterea idem sunt, nec in omnibus pari passu ambulant: sic permutatio in jure nostro vicina Emptioni & venditioni est per L. *Aristo 2. ff. de Rev. permut.* Eam tamen cum Emptione velle confundere, piaculum esset. Ita nimirum se res habet; Confusio errorum fons est, mater est. Fugienda illa & fuganda est. Tutissimâ itaq; via tali modo incedi posse, existimaverim 6.
ego. Si quis Monopolii tres enumeratas species, tanquam in textu juris fundatas retineat, & tot tantummodo esse asserat. Dardanariatum verò species totidem concedat, quot in Legibus enumerantur. Plures si emerferint casus, qui nec inter Monopolia expressè relati, nec Dardanariis annumerati, facilè cuivis judicare erit, cui propius accedat, quod in dubium venit, crimen, an Monopolio, an Dardanariatui, ad quod deinde facili Minervâ poterit transferri. Hac ratione putaverim evitari posse Dardanariorum cum Monopolis confusionem, ut ita cuilibet horum sua facta tecta maneat integritas ac distincta indoles.*

Ex Dardanariorum generibus res fortè evadet clarior; itaque horum primum constituunt illi qui coemptas merces 7.

8. **supprimunt.** per expressa *d. l. Annonam* verba. Emere quidem merces vel coëmere in se vitii nihil habet, cum contracto hic juri Gentium debeat originem, per *L. Ex hoc jure 5. ff. de I. & I.* ut propterea liberrimus ejusdem usus cuiq; sit concedendus; Limitationem hoc tamen recipit; Nisi coëmptio illa vergat in Reipubl. detrimentum, & in civium nocumentum. Si enim fraudulento animo quis frumenta coëmere vellet, hâc ratione ac intentione, ut ita frumenti copia quadantenus incipiat deficere, ut postea annonâ suâ coëmptione redditâ arctiore, carius vendere illa posset, illum ego à Dardanariorum crimine tantum abest ut absolvam, ut potius Dardanariorum Primicerium illum pronunciare habeam necessum. Itaque ut in omni delictorum genere dolus requiritur, per *trad. Dn. Carpzov. Part. 3. pr. Crim. quest. 143. n. 11.* ita in hoc abesse ille minimè debet, alias enim crimen hoc non contraheretur. *Vid. Petr. Gregor. Tholosan. Syntagm. Jur. Univers. lib. 36. cap. 30. n. 3.* Hinc notanter in nostra *L. Annonam* additur verbum *supprimunt*, quæ Phrasis repetitur in *L. 3. §. fin. ff. de Crim. Stellionat.* ut mercium nuda coëmptio non sufficiat, sed etiam suppressio earundem accedat necesse sit. Verbum enim *supprimere* in jure nostro plerumq; delicto alicui applicari solet, ita quidem, ut semper sub eodem dolum intellectum velint Jcti. Patet id ex *L. 10. §. fin. ff. Testam. quemadm. aper. L. 3. §. 6. ff. de Tabb. exhib. L. 9. §. fin. ff. de dol. mal. L. 7. ff. ad L. Cornel. de Fals.* in quibus textibus de suppresso testamento agitur. Sic etiam dicuntur Mancipia supprimi in *L. 82. §. pen. ff. de Furt. L. 3. ff. ad L. Fab. de Plagiar. Naufragium* supprimi *L. 3. §. 4. ff. ad L. Cornel. de Sicar. L. 3. §. fin. ff. de incend. ruin. naufrag.* Supprimere ergo hic est, quando frumentum, quod in magna copiâ quis habet, vicino suo & concivi egenti vendere recusat. Hi ipsi egregiè describuntur in privilegio quodam *Sereniss. Elect. Brand. Johannis Sigismundi gloriose recordationis Lanificis in Marchiâ concessio Anno Christi 1611.* Ea proter quædam ad nostrum scopum facientia hic adduxisse non pigebit; Inter alia autem de propolis lanæ ita habet Privilegium: *Daß sie ehe die Schafe abgenommen/nach der Wolkelauffen/reiten/fahren/dieselbe bestellen/und mit ihrem eigenen Gewichte an sich bringen/und den armen Zuchmachern dieselbe offte einen Stein drey oder vier Silber-Groschen theurer wieder verkauffen*

Kauffen / oder ihr Tuch umb einen geringen Werth an sich bringen /
 & postea: Darüber die Vor-Käufer in Städten die arme Leute
 noch bedrauen / wo sie Frembden ihr Tuch verkauffen / und ihnen
 nicht zukommen lassen wollen / würden / daß sie alle Wolle auffkauf-
 fen / und ihnen keine Wolle zukommen lassen / noch die Tuch von
 ihnen annehmen wollen; Und wann gleich die Tuchmacher frembde
 Kauffleute zu ihren Tüchern bekommen / und umb eine gewisse
 Anzahl Tücher mit ihnen handeln / auch zu Zeiten eine ansehnliche
 Summa Geldes darauß empfangen / damit sie sich desto besser mit
 Wolle gefast machen / und ihnen die Tücher lieffern möchten; so
 bereden sie doch die frembde Kauffleute / daß sie bessere Tücher / und
 die in wolfeilerem Kauffe von ihnen / dann von den Tuchmachern /
 bekommen können / damit sie die frembden Kauffleute wegschaffen /
 und alleine den Vor-Kauff behalten / auch was ihnen selbst gelüstel
 den armen Leuten für die Tücher geben mögen / &c. Refert hoc Jo-
 achim, Schepliz. *ad Consuet. March. P. 4. tit. 6. S. 5. n. 11.* Colli-
 gere exinde facile est, quoniam illi sint, qui merces non tantum
 coemunt, sed & coemptas supprimunt, quod praesertim ex ver-
 bis illis elucescit, daß sie alle Wolle auffkauffen / und ihnen keine
 zukommen lassen wollen. Hi sunt illi Reip. damnosi homines,
 qui omnia sibi, non aliis quoque; nata persuavissimi sunt, ut exinde
 optimo jure meritoque hos inter Dardanarios retulerit *Ulpian. in*
d. l. Annonam eorumque; vitâ condignam poenam statuerit, de qua
poena vid. cap. 5. & 6. Conf. Reformat. Polit. de Anno 1548. tit. de
Monopolia und schädliche Vor-Käuffe belangend in princ. ubi eo-
rum conata in dololes egtegiè describitur.

Alterum Dardanariorum genus, cujus in Lege nostra mentio 12.
 fit, absolvunt Locupletes, qui fructus suos æquis pretiis
 vendere nolunt, dum minus uberes proventus expe-
 ctant. Eadem hoc, quæ primum genus, comitatur turpitude; 13.
 Licet enim hi in annonæ fraudem fructus suos undique; non coe-
 merint, uti de primo Dardanariorum genere dictum; Æquè ta-
 men contra charitatem proximi & salutem publicam peccant,
 dum indigentibus fructus æquis pretiis vendere recusant. Bene-
 ficio enim adfici hominem interest hominis, per l. 7. in fin. ff. de
 Serv. export. Et quamvis ipsi ex propriis agris hosce perceperint

- fructus, nihil tamen impedit, quo minus illos concivibus teneantur communicare. Cum ea, quæ à Divinâ benedictione concessa ipsis, proximo æquè concessa intelligantur. Peccant ergo illi contra Divinam Legem, peccant contra æquitatem naturalem, peccant deniq; contra ipsius publicæ rei salutem. Elegancia sunt, quæ habet hæc de re *Ambrosius*, relatus in *in can. Sicut 8. Distinct. 47.* ubi Dardanarium ejusmodi ita alloquitur: Tu susceptis Dei muneribus, etsi in sinum tuum redactis, nihil te putas agere iniquum, si tam multorum vitæ subsidia solus obtineas? Quis enim tam injustus, tam avidus, tam avarus, quàm qui multorum alimenta suum non usum, sed abundantiam & delicias facit? Neq; enim minus est criminis habenti tollere, quàm cum possis & abundes, indigentibus denegare. Esurientium panis est quem tu detines, nudorum indumentum est, quod tu recludis. Tot te ergo scias invadere bona, quot possis præstare quod velis.
14. Rectè ergo hi ipsi Mammona in horreis quotidie adorantes, à Magistratu cogi possunt, ad vendendum perceptos ex proprio fundo fructus; Sed à quo Magistratu, & quo pretio illa ipsa venditio fieri debeat, ultèriori videbatur indigere disquisitione, quæ, cum ab hæc materiâ non adeo sit aliena, ideoq; ejus discussionem sequent. cap. 3. reservabo.
15. Progrediendum itaq; ad tertium Dardanariorum genus est, ad quod refero illos, qui pondera & mensuras falsant, sive qui stateris & mensuris adulterinis utuntur *d. l. Annonam §. 1. & 2. ff. de Extraord. Crimin. & l. in Dardanarios 37. ff. de Pæn.* Quod verò etiam hi ad Dardanarios sint referendi, non tantùm inde colligi potest, quod Dardanus, à quo Dardanarios originem trahere perhibent, non solum magicis artibus annonam vexaverit, & frumenta in sua horrea averterit, sed & falsis mensuris in admetiando usus fuerit, uti dictum *supr. c. 1. n. 5.* Sed exinde facilè etiam liquet, quia in *d. l. 6. Dardanariis* annumerantur, ea nimirum propter, quia annonam quoq; gravant; Et in *d. l. 37. ff. de pæn.* expressè Dardanarii vocantur, ut dubitandi amplius an-
ta subsit nulla, quo minus & hos Dardanariis annumerem. Quomodo autem annona stateris adulterinis & falsis mensuris oneretur. *infra c. pen. & ult. se dicendi occasio exhibebit.*
17. Explicatis jam quadantenus tribus hisce Dardanariorum,
ge-

generibus, de duobus adhuc casibus videndum erit, qui à Dd. referuntur, quorsum referendi illi sint, ad Monopolium, an ad Dardanariatū: Omnes enim casus in Lege comprehendere, quodammodo Legislatori fuit impossibile, cum natura novas deproperet edere formas per *L. Tanta 2. §. 18. C. de V. I. E.* Illi itaque qui de novo emergunt casus ad similes in Lege expressos veniunt referendi. *Conf. L. 10. 12. & 13. ff. de Legib.* Sic illi, qui in foro 18.
plus æquo offerunt, speciali Anathemate in jure nostro haud feriuntur, refrenanda tamen, atq; per legitimos tramites calumniantium horum expellenda iniquitas est, uti *Imper. loquitur princ. Proem. institut.* cum Reip. interfit ne delicta maneant impunita per *L. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil.* ideoq; hi Dardanariis jure meritò non tantum comparantur, sed iisdem quoque pœnis subjiciuntur. Quamvis enim quisq; rei suæ Moderator sit atq; arbiter *L. 21. C. 19. Mandat. & L. 48. ff. de Pact.* Reip. tamen quoq; expedit, ne quis re suâ malè utatur *§. fin. Inst. de His qui sui vel al. jur.* Hinc notabilem prædicta regula patitur limitationem, quod non procedat, si liberrimus ille usus propriæ rei, vergat in præjudicium tertii. *Jacob. Menoch. Consil. 226. n. 50. & 51. & eum citans Aug. Barbosa in Axiomat. lib. 16. cap. 40. n. 11.* Ita quoq; in hoc passu sese res 20.
habet; Eo ipso enim quo justo plus in foro alter offert facili negotio efficere potest, ut venditor nemini, præterquam sibi vendat, cum tantum pretium offerentem emptorem venditor haud facile possit invenire. Vel reddit Emptor ejusmodi injustâ oblatione pretii venditorem obstinatum, ut ille propterea quod superest fructuum minoris vendere recuset. Tertii ergo hic versatur præjudicium, qui alias æquiori pretio hanc rem potuisset comparare. Imò ipsi quoq; Reipubl. damnum tali modo inferitur; Carior enim eo ipso annona redditur. Siquidem dementis foret mentis venditor, si cum Emptore plus justo offerente non vellet libentius, quàm cum eò, qui minus illo offert, contrahere. Quamquam si ad Poli forum ejusmodi venditorem reducere vellem, aliter forsan de eo foret pronuncian- 21.
dum. Confer. de hoc Dardanariorum genere *Dn. Struve Exerc. 45. ad ff. th. 79. Cöler. de aliment. lib. 1. cap. 17. n. 32.*

Porro ad Dardanarios hos quoq; referri posse existimaverim,

rim, qui messes immaturas vel fructus adhuc in herbis latitantes, ob caritatis metum coëmunt, quos ipsos ad Dardanarios quoq; retulit Dn. Struv. d. Exerc. 48. th. 76. Sed annon planè illicita ejusmodi futurae messis emptio sit, hic opportuno loco quæri posse videtur? Felicissimè autem hanc ipsam quæstionem expediri posse existimaverim, si modo moderna ac hodierna Imperii nostri jura, ab anterioribus illis, quæ in Corpore juris habentur, separentur. De jure enim Pandectarum res dubio carere videtur, cum eo jure licitam esse hanc venditionem, communis sit sententia in ipsis juris nostri textibus fundata, ut in L. 8. pr. ff. de Contrab. Empt. L. 74. §. ult. ff. eod. L. 25. ff. de Action. Empt. Conf. Ampliss. Dn. D. Brunneman. Disp. de Spe cap. 3. n. 2. Wissenbach. P. 1. Exerc. 43. ad ff. th. 9. Hoc ipsum tamen hodierno jure, quod in Imperii Recessibus habetur, non quidem planè abrogatum, illa ipsa tamen Legum laxitas restricta quadantenus, ac intra certos redacta limites est, ita, ut quidem liceat vel emere immaturos fructus, vel mutuo dare agricolæ pecuniam, ut solutionis loco reddantur fructus, absq; tamen omni fraude & dolo hoc fieri debet, ita, ut mutuans tanto pretio accipere teneatur frumentum, quanto communiter venditur, non viliori. Vid. Reformat. Polit. de Anno 1548. tit. von Verkaufung der Früchte auff dem Felde. Et Ordinat. Polit. de Anno 1577. tit 19. ubi dicitur: Daß solch leihen zwar erlaubet seyn soll; jedoch daß dasselbe Vorleihen oder zuvor außgeben anders und mehrers nicht / als auff den Schlag und gemeinen Rauff / was nemlich der Wein oder Getreide zur Zeit des Contracts, oder aber vierzehnen Tage die nächste nach dem Herbst oder Erndten gelten wird / beschehen &c. Et postea in fine subjungitur pœna in contra facientes; So hertinn einiger Vorthell / Gefahr / Argelist oder Betrug gebraucht würde / so wollen Wir htemit ernstlich / daß solcher Abkänffer oder Aufleihet die Haupt Summa verlohren / und darzu von der Oberkeit / ob auch gleich der arme Mann nicht plaget / ex officio, nach Gestalt und Gelegenheit der Sache / an Ehren und Guth gestraffet werden soll. Ex quibus, patet, non tantum prohibitam esse ejusmodi venditionem, fraudulentam nimirum, sed etiam pœnâ gravissimâ ejusmodi Emptorem adfici, Amissione scilicet pretii dati, & aliâ extraordinariâ quoq; pœnâ, quæ ipsi judicis officio est infligenda.

CA-

CAPUT III.

AN

DARDANARIUS AD VENDENDUM POSSIT COGI.

Naturalia jura inter alia à Civili in hōc potissimum distinctionem sortiuntur, quod illa, quia divinā quadam providentiā constituta, firma semper atq; immutabilia permaneant; Jus civile verò sæpe, imò quàm sæpissime mutari so-
leat, teste *Sacratiss. Imp. Justiniano in §. sed naturalia 11. Inst. de I. N. G. & C.* Effectum nobiliorem non esse suā causā, apud Philosophos *πολυτεθειον* est. Civilium Legum causa quæ est? Homo est; Sed quia cum humanis omnibus ita comparatum, ut nihil in illis perpetuum sit, ita quoque sese cum legibus civilibus res habet *per L. Tanta 2. §. Sed quia divine 18. C. de Vet. Jur. enucl. Novel. 74. pr. Nov. 98. proem.* Hinc abrogari, emendari, ampliari, declarari, limitari, in jure nostro, & præprimis in Novellis Constitutionibus Jura civilia videmus. Non tamen id semper vitio dandum Legislatori est, cum interdum summa necessitas, subditorumq; utilitas hanc ipsam correctionem efflagitet. Elucescet exinde, quid sentiendum de quæstione illā sit; An ad res suas vendendas cogi quis possit? Cujus quæstionis discussionem *cap. preced. n. 15.* pollicebar. Et quidem videbatur nulla huic quæsito difficultas subesse, præsertim cum negativa ejusdem resolutio expressis atq; firmissimis juris nostri suffulta textibus sit. Sic *in L. 11. C. de Contrah. Empt. L. 13. in fin. C. eod. junct. L. 1. C. de Rescind. vendit.* manifestè hæc quæstio deciditur. Dominum scilicet invitum non posse compelli ad rem suam vendendam. Accedit ratio, quod nec aliquis invitus compellatur contrahere *per L. 5. C. de Obl. & A. L. 15. C. de Jur. delib.* Gravis enim hæc esset injuria, quæ inani honestatis colore velatur, ut homines de rebus suis aliquid facere cogantur invitis, uti *Imppp. Valent. Theodos. & Arcad. rescripsere in L. 14. C. de Contrah. Empt.* Ampliant hoc ipsum, etiamsi justum pretium offeratur, non tamen aliquem cogi posse ad vendendum, *per L. Nec quasi 70.*

C

ff. de

ff. de Rei Vind. & L. 9. ff. Rev. amot. Vid. Augustin. Barbofa, & quos illeceat. lib. 19. Axiomatt. c. 5. n. 2.

5. Quoniam verò Regula ferrè nulla est, quæ non aliquam patiatur exceptionem, ita quoq; dicta regula; Quod nemo invitus vendere cogatur, non unas admittit exceptiones, quarum septem enumerat *Consultiss. Dn. D. Brunnem. Comment. ad d. L. 11. C. de Contrah. Empt. ubi quoq; Conf. Godofred. lit. e.* Sequentem tamen hic adduxisse sufficiat: Nimirum Salus Reip. quæ suprema Lex est, sicuti illa plerasq; Leges ad statum suum accommodat, non semper attentâ Juris Civilis subtilitate *L. 51. §. 2. vers. ejusdem ff. ad L. Aquil.* Ita etiam huic Regulæ notabilem parit exceptionem,
6. *Menoch Arbitr. Jud. Q. lib. 2. cas. 462. n. 12.* Sic si circum sepienda Civitas aliqua vallo foret, & impedimento essent domus quædam, cogi omnino possunt ædium illarum Domini, pecuniam pro ædificiis recipere, ac ita inviti vendere. Ne scilicet privata ejusmodi ædificia impedimento sint, quo minus illud, quod ad publicam utilitatem spectabat, ad quam Castella quoq; non immerito referuntur, in effectum possit deduci. Illa enim, quæ communiter omnibus profunt, iis, quæ specialiter quibusdam utilia sunt, præponenda dicit *Justinianus Imp in Nov 39. cap. 1.* Ita, si domus alicujus commoda sit ad Palatium Principis, aut Ecclesiam exstruendam, cogi potest Dominus, ut justo pretio vendat, quod *arg. L. 14. § fin. ff. quemadm. Servit. amitt. & L. si quis Sepulchrum 12. pr. ff. de Religios. & Sumpt. fun. colligit Dn. Hahn Observat. ad VVesenb. Paratit. tit. de Contrah. Empt. n. 5. Ludovic. Molina de I. & I. Tract. 2. Disp. 341. n. 2.*
7. Eadem Exceptio obtinet tempore Caristias, ubi omnino aliquis ad vendendum cogi potest, ut nimirum ita publicæ inediae consulatur, quod ex *L. 1. § Cura carnis 11. ff. de Offic. Præf. Urbi probare & deducere nituntur. Conf. Nobiliss. Dn. Brunnem. Comment. ad L. Omnia 1. C. de Condit. in publ. horr. Dn. Hahn. ad VVesenbec. d. l. Dn. Struve Exerc. 23. th. 7. Godofr. ad d. L. 11. C. de Contrahend. Empt. lit. e. Schneidew. ad tit. Inst. de Emption. & Vend. § fin. n. 7. & seqq. Treutler vol. 1. Disp. 28. th. 3. lit. C. & D. & ad eum Bachov. & Hunn. Joach. Schepliz ad Consuet. March. P. 4. tit. 7. §. 2. n. 3. seqq. & tit. 5. § 7. n. 2. Molina d. Disp. 341. n. 4. Anton. Perez ad tit. C. ut nemin. lic. in. coempt. spec.*

spec. se excus. n. 1. & in tit. de Condit. in publ. horr. n. 14. Ubi addit, quod
locuples teneatur gratis pauperibus erogare frumentum; Et posse
pauperes implorare officium Judicis, ut sibi subveniatur, quod ex
Covarruvia & Bobadilla defendit *Perez. d. l.* Quæ verò de coactâ
venditione dicta, ea extendit *Excel. Dn. Brunnemann*, ut nec gene-
rali sanctione, nec Imperiali Rescripto, nec privilegio, nec judi-
cato quis ab hoc onere se excusare possit, quo minus teneatur
frumentum vendere, ratione desumptâ ex publicâ necessitate,
quæ Legem vincit. *Vid. ille in Comm. Cod. L. Un. ut nemin. lic. in empt.*
specier. se excus. Cöler de Aliment. lib. 1. c. 17. n. 39. qui tamen inter
Privilegia ibidem distingvit.

Procedunt autem dicta hæctenus, si ipse cui invito ven-
ditio injungitur, rebus ad victum necessariis abundet: Secus ve-
rò si vix tantum possideat, quantum ad propriam familiæq; vi-
tam sustentandam ipsi est necesse; Cum ordinata Charitas in-
cipiat à se ipsa, & proximi vita ita curæ alteri esse debeat, ne pro-
pria inde capiat nocumentum. Ad illa itaq; vendenda tantum
quis cogi potest, quæ superflua sunt, nõverò ea, quæ usus sui gra-
tia comparavit, per *L. 2. C. ut nemin. lic. in coempt. specier se excus.* de
cujus tamen Legis Autoritate possit quis dubitare, cum eam tan-
tummodo restituerit *Cujacius ex Basilicis Conf. Perez ad d. t. C. n.*
10. Petr. Gregor. Tholosan. Syntagm. lib. 36. c. 30. n. 3. Cöler de Aliment.
lib. 1. c. 17. n. 31. Deinde, quod dictum, tempore caritiæ cogi quem-
piam posse ad vendendum, id ita intelligendum est, si modo et-
iam pretium justum pro re vendendâ offeratur. Si verò justo
pretio vendere recuset, tunc puniri à Magistratu potest, *Vid Bar-*
tol. ad d. L. Annonam. n. 1.

De pretio inter Dd. ad huc controversia movetur, an justum
debeat esse, an verò etiam injustum sufficiat? Utraq; sententia
suis non destituitur Patronis; *Vid quos allegat Treutler vol. 1. Disp.*
28. th 3 lit. D. Justum pretium solvendum esse, æquitati conveni-
entius videtur. Durum enim atq; grave foret, Dominum, qui ta-
men rerum suarum moderator est atq; arbiter *L. 21. C. Mandat.*
non solum cogere, ut rem suam vendat, sed etiam ut injusto & vi-
liori pretio vendat: Cum videatur publico bono eo satis consu-
luisse, dum rem suam invitus vendidit. Imò semper justum atq;

- æquitati consonum est, illum qui in uno gravatur, debere in alio sublevari, ut ita quoq; hic loci gravamen illud invitæ venditionis, pretii proportione justa veniat refarciendum. Probant idem *arg. § 2. Inst. de his qui sui vel al. Jur. Dn. D. Brunne man. Comm. ad d. L. 11. C. de Contrah. Empt. Hunnius ad Treutl. vol. 2 Disp. 2. P. 1. th 3. lit. D.*
15. qui idem latissime persequitur. *vol. 1. Disp. 1. th. 5. quæst. 34.* Idem hic in Marchiâ in casu, quo Rusticus vendere cogitur prædium Nobili, obtinere tradit *Schepliz in seqq. verbis.* Wenn ein Juncker seinen Bauren ein Guth abkauft / muß er ihm bahr über auff einmal die volle Bezahlung thun / deñ weil der Bauer gedrungen worden zu verkauffen / *gravatus in uno intelligatur sublevatus in alio.* Vid. ille *ad Consv. March. P. 4. tit. 7. § 6.* Quod ipsum etiam ex *Reversu Electorali de Anno 1540. & 1602.* patet; Das sie den Bauren / so sie aufkauffen wollen / ihre Güther nach Würderung / was sie gelten möchten / gebühlich bezahlen. *Schepliz d. tit. 7. § 2.*
16. Qui pro viliori ac minus justo pretio pugnant moventur *L. si pendentes 27. § si quid Cloacarii 3. ff. de Usufruct. & quemadm. quis utat.* Ubi possessores certam partem fructuum Municipio viliori pretio addicere solent, propter transitum exercitus. De quo transitu potest conferri *Nov. 130. cujus Rubrica; Quomodo oporteat milites transitum in Civitatibus facere & de introitu.* Allegant etiam *L. 2. § 2. & 4. ff. ad L. Rhod. de jact.* Ubi agitur de æstimatione rei projectæ in mare propter commune commodum, ubi in § 4. dicitur quod non ad rem pertineat, si res, quæ amissæ sunt, pluris venire potuerint quoniam detrimenti, non lucri fiat præstatio. *Vid. Andr. Dinner. de just. rer. pret. c. 4. Treutler. vol. 1. Disp. 28. th. 3. lit. D.*
17. Hæc ita pro & contra in utramq; disputantur partem, quæ tamen Disputatio, si modo ambiguitas *Phraseos justipretij* rectè explicetur, in consonam Harmoniam deduci facillimo negotio potest. *Πολύσημον* enim justum pretium est, uti id egregie deducit
18. *Dinner. d. Tract. quæst. 2.* Cui justum pretium dicitur illud, quod ex Emptorum licitatione venditor consequi potest, velut in auctionibus & venditionibus sub hastâ, cujus rei exemplum habetur
19. *in Avth. hoc jus porrectum. C. d. S. S. Eccles.* Aliter justum pretium determinat *Paul Matthias Wehner. in Observat. Pract. sub. voc. Anschlag der Güter p. m. 22.* ubi dicit. Rei mobilis verum pretium illud

lud existimari, quanti tempore emptionis communiter valuit
nach den gemeinen Markt, Rauff per. L. Pretia 63. pr. ff. ad L. Falcid. c. 1.
X. de Empt. & vendit. ita ut non attendi debeat unius aut alterius in
foro publico pretium, sed quanti communiter vendatur. Afflict.
Decis 316. n. 5. citat. à VVehner. d. l. His addit Perez ad tit. C. ut nemin, 20.
lic. in coëmp. specier. se excus. n. 5. in fin. & Bachov. ad Treutl. d. th. 3. lit. D.
tertium modum, quo pretium justum dici possit; Scilicet, si Ma-
gistratus pretium certum atq; moderatum præfinit, uti caristias
tempore fieri videmus, quod pretium omnino justum dicendum,
si nimirum in sensu absoluto consideretur; Secus si respectivè
respectu illius temporis, quo pretium statuitur, ubi carius vendi-
tur communiter ut ita injustum possit videri, cum tamen in se &
suâ naturâ sit justissimum.

Nam quando pretium à Magistratu certæ alicui rei con- 21.
stituitur, sanè, non præcisè illud spectandum tempus est, quo pre-
tium statuitur, quia id plerumq; accidit tempore arctioris anno-
næ; sed etiam illud considerandum, quo ipse Dardanarius fru-
ctus vendendos percepit, quanti tunc fuerint. Hisce itaq; tem-
poribus collatis, medium aliquod investigandum à Magistratu
est, & ita pretium pro proportione temporum constituendum:
Et hoc pretium justum omnino dicendum; illud verò injustum
potius appellandum, quod venditor aliàs per speciem quandam,
Monopolii potuisset ab indigentibus suis concivibus extorquere.
Rationabiliter itaq; instituenda illa pretii moderatio; Quamvis 22.
enim in Principe potestas sit ad coërcendam hominum avari-
tiam, & ad moderanda pretia rerum, hoc tamen fieri debet,
quantum intra limites æquitatis bonum commune flagitat, ut ita
circumstantiæ ponderandæ ante omnia veniant, quæ ex rei natu-
ra pretium vel augendum vel minuendum suadent: Et hoc si ob-
servetur, talem pretii moderationem etiam in foro conscientie
obligare, tradit Ludovic. Molina de I. & I. Tract. 2. Diss. 364. n. 3.
& in n. 5. præsumendum dicit, pretium justè ac legitimè esse sta-
tutum. Subditorum quoq; genium à Magistratu frumenti pre-
tium statuente attendendum esse, autor est Casp. Klock. de Con-
tribution. cap. 1. n. 369. seq.

His ita præsuppositis facilè erit prædictas opiniones con-

C 3

ciliare;

ciliare; Illi qui justum pretium requirunt, facile concedent, etiam illud justum esse, quod à Magistratu constituitur & ita in sensu absoluto justitiam pretii considerant. Illi verò qui minus justum seu vilius pretium admittunt, respectivè pretii justitiam considerant, nimirum respectu illius temporis, quo venditur, quod plerumq; tempore Caristiæ fit. Quia enim eo tempore arctior annona est, vilius quoddam admittunt pretium, respectu scilicet illius, quo communiter venditur quod *supr. n. 19.* etiam justum dixi, & hujus respectu pretium taxatum à Magistratu injustum, absolutè tamen si consideres justissimum. *Confer. Bachov. ad Treutler. d. th. 3. lit. D. Perez. Comment. Cod. d, tit. n. 5.*

24. An autem à Magistratu determinari pretium possit, & à quonam id fieri debeat? opportunè hic loci quæri potest; Prius hujus quæsitæ membrum non adeo controversum est, præsertim cum notum ex Politicis Principiis sit, Magistratui, superiori nimirum, jus esse de bonis subditorum statuendi, quod eò minus dubium est, quo magis illa ipsa Principis circa bona subditorum dispositio, non excedit honestatis limites, sed potius in commodum ipsorum civium vergit. Sicuti itaq; condit Leges justas circa alia, prout communi bono expedire judicaverit; Ita etiam statuit pretia rerum, ut æquitati conformia, bonoq; publico salubria ac convenientia reddantur.

25. De eo major controversia movetur, à quonam Magistratu statui pretium debeat atq; determinari, à Summo nimirum Principe, an à Magistratibus quoq; inferioris subsellii, aut Civitatibus etiam Municipalibus? Et quidem ad decisionem hujusrei quod attinet, existimaverim, optimè dici posse cum *Ludovic. Molina de Just. & Jur. Tr. 2. Disp. 364. n. 1.* Potestatem hanc in supremo Principe residere potissimum, in reliquis verò Reip. moderatoribus ab eo derivatis ac dependentibus, quantum Legibus, consuetudine, aut peculiari id facultate fuerit concessum. Hoc ipso præsupposito, facilè quis omnibus ex hâc quæstione oriundis dubiis poterit obviare. Nam Princeps hoc jus habet, quia Princeps est, quia summus est *L. Princeps 31. ff. de Legib.* Habet hoc jus, quia omnis potestas in eum per *L. Regiam à populo translata est §. 6. Inst. de l. N. G. & C. L. 1. ff. de Constit. Princ. L. Deo*

Autore

Autore 1. §. 7. C. de Vet. jur. enucl. Quanquam in his textibus populum verius dici putaverim instrumentum transferendæ Majestatis, quam causam ipsius, præsertim si hæc in re Sacer consulatur Codex, qui nullam homini in hominem potestatem concedi posse, nisi à Deo Ter Optimo Maximo, expressè satis adstruit. *Vid. Rom. c. 13. vers. 1. seqq. 1. Pet. c. 2. v. 13. Job. 19. v. 11. Conf. Sapient. c. 6. v. 4.* Quicquid itaq; potestatis exercetur in Republica Monarchicâ nimirum, illud omne à Principe, tanquam ab immoto arcessendum fonte est. *Theodor. Reinking. de Regim. Secul. & Ecclesiast. lib. 1. class. 5. cap. 7. n. 7.*

Quando ergò in hoc nostro casu emergit quæstio, an huic 28.
vel illi Magistratui jus determinandi rerum pretia competat: videndum ante omnia erit, an ipsi concessum, vel aliàs diuturniori consuetudine hoc jus sibi comparavereit. Exempla quædam, quibus concessum hoc jus subjungere operæ pretiû erit. Præter Præfectum annonæ autem etiam Præfecto Urbi arg. *L. 1. §. Cura carnis 11. ff. de Offic. Præf. Urb.* hoc tribuunt *Dd.* Quod enim in *d. l. 7.* dicitur curam carnis ut justo pretio præbeatur, ad curam Præfecturæ pertinuisse, ad frumenta quoq; extendunt, propter *L. 1. C. de Frument. Urb. Constantinop.* quæ ipsa Lex inscripta est Urso Præfecto Urbi. *Conf. Decian. Pr. Crim. lib. 7. c. 22. n. 10. Godofred. ad L. 2. pr. ff. ad L. Jul. de Annon. lit. f.* Episcopis etiam concessam 30.
hanc esse potestatem, patet ex *c. 1. de Empt. & vendit. & L. 1. C. de Episcop. audient.* Ubi Episcopo injungitur providere, ne negotiatores modum mercandi excedant; Ex quo textu colligunt; Episcoporum esse, per censuram Ecclesiasticam compellere Mercatores, ut res ad vitam hanc necessarias vendant, quando earum rerum est inopia & caritas. *Vid. Excellentiss. Dn. D. Brunne- man. Commentar. Cod. ad d. L. 1. Petr. Gregor. Tholosan. lib. 36. Syntagm. c. 30. n. 12. Mart. Cöler. de Aliment. lib. 1. c. 17. n. 35.*

An autem Civitatibus quoq; Municipalibus hoc moderandi pretia jus competat, non conveniunt inter se Doctores. 31.
Non pauci sunt quibus affirmativa arridet sententia, quod tamen simpliciter non posse procedere ipsi confiteri habent necessum. Contrariari enim sibi vident textum in *L. fin. §. 1. ff. ad L. 32.
Jul. de Annon.* ubi, jus ordinâ cujusq; civitatis esse grani pretium, quod

quod invehitur, statuere, denegatur. Variè respondent ad hanc Legem; eam vel accipiendam esse de pretio injusto, uti sentit, *Barthol. ad L. Imperator. ff. ad L. Jul. de Annon.* Vel de grano non venali, quod ejus pretium determinare non possit, quam responsionem ex *Purpurato Consil. 428. n. 34. seq.* & *Bald. ad L. 1. C. de Episcop. aud: adducit Andr. Dinner. d. Tract. quest. 3. n. 3.* Sed prior responsio vim facit textui, quæ simpliciter de pretio loquitur. Posterior limitatio verò venit hîc in quæstionem; Quærebatur enim an tempore annonæ à Magistratu possit pretium statui etiam rebus non venalibus; Ergo quod quæsitum fuit, ex textu *d. L. fin.* non posse colligi, testantur ipsi.

33. Concludo ergo propter *d. L. fin. §. 1. ff. ad L. Jul. de Annon.* & propter regulam *supr. num. 36.* fundamenti loco præsuppositam; Municipio regulariter jus determinandi pretium non competere, nisi hoc ipsi concessum. Statutum tamen ejusmodi, quod ad ubertatem & levamen annonæ factum ab inferioribus Magistratibus valere putat, *Tiber. Decian. Tract. Crim. lib. 2. c. 34. num. 35. & lib. 7. cap. 22. n. 18.* Debere tamen ejusmodi statuta esse universalialia, si autem contra singularem personam facta, ea non valere, asserit *idem n. 18.* Et sic statutum, ut quilibet teneatur vendere frumentum tanto pretio valere; Illud verò, quod Titius teneatur vendere frumentum tanto pretio, non valere dicit; quam sententiam *Bartoli* quoq; esse in *L. Nemo 9. n. 2. C. de Jude & Calicol. testatur Dinner d. n. 3.*
34. Princeps itaq; solus extra casum concessionis sartum hoc jus atq; tectum retinebit, ita quidem, ut ejusmodi Principis taxatione, si modo intra limiter æquitatis permanferit, adeo justam dicat *Ludov. Molina d. Disput. 364. n. 2.* ut quævis transgressio pretii ita taxati sit contra justitiam, utpote latitudinem justii excedens, ac proinde, ut ita eo excessu venditor, supergredi dicatur fratrem suum, contra illud *Pauli 1. Thessal. 4. v. 6.* teneatur id restituere, licet non sit ultra dimidium justii pretii, quoniam in iis quæ Lege sunt taxata, locum non habet *L. 2. C. de Rescind. vendit;* sed potius pro quocunq; excessu datur actio: Et hanc sententiam communè esse dicit *Molina d. n. 2.*
35. Hodie plerumq; certis personis officium taxandi frumenta demandari solet, pro diversitate locorum ac Provinciarum, quæ
taxa-

taxatio etiam extra casum necessitatis utilissimè quotannis institui potest. Sic in Marchiâ nostrâ est *Revers. de Anno 1550.* ubi de certo pretio frumenti & cerevisiæ singulis annis statuendo agitur, adhibitis ad hoc negotium certis personis tam Nobilibus, quàm Civici ordinis, quam tamen Constitutionem in observantiam deductam negat. *Schepliz. Consuet. March. P. 4. tit. 4. §. 5. n. 2.* In *n. 3.* tamen subjicit, in Novâ Marchiâ quoad taxationem cerevisiæ hoc obtinere, daß jeder Zeit zweene der Eltesten und nahe Angesehenen von Adel mit verschrieben werden / und soll auch den Bauren weder zu Augst / noch andern Zeiten das Bier kein mal höher, dann wie es also taxiret / gegeben werden.

Ex eadem ratione, ex qua Principi potestatem esse statuendi quævis circa Subditos, ut nimirum caristia evitetur, asserui, hæc quoq; potestas pleno fuit alveo; Quod Princeps tempore caristiæ, vel ob metum tantum caristiæ, prohibere subditos possit, ut frumentum extra territorium exportetur. Ipsa enim æquitas suo quodam jure hoc videtur exposcere, ut prius provideatur incolis, apud quos nata frumenta sunt, quàm exteris, uti ex *Cassiodor. lib. 1. Epistol. 34. tradit. Hugo Grotius de Jur. Bell. & Pac. lib. 2. cap. 2. in not. ad n. 19. Conf. æquitatem hujus prohibitionis prolixè declarans Martin. Cöler. de aliment. lib. 1. c. 17. n. 8.* qui in *seq. numm.* multas hujus rei ampliaciones & limitationes subnectit. 37.

In Marchiâ quidem ab hâc prohibitione exportandi frumenta Nobiles & Prælati exempti videntur, per *Revers. de Anno 1534. verb.* sonst soll denen von Prælaten / Herren und Ritterschafft ihr eigen Getreidig und Pacht Korn / auch Wein / so viel sie dessen über ihre Nothdurfft haben werden / zu Wasser und zu Lande zu verführen gestattet werden / quod refert *Schepliz. d. L. P. 4. tit. 5. §. 7. num. 1.* Hoc ipsum tamen perpetuum esse vix crediderim, præsertim cum Edictum Sereniss. & Potentiss. moderni nostri Electoris Anno 1662. promulgatum, quo frumenti exportatio prohibebatur, contrarium docuerit, nec hos ab hâc prohibitione exempti; Quo ipso Edicto quàm benè consultum universæ Marchiæ fuerit, nemo est, qui nesciat. Pejori enim, imò pessimo loco fuisset hodie annona, nisi saluberrimâ hâc Constitutione fru-

D

men-

menti exportationi obviam itum, ac generali sanctione omnibus indistinctè ea interdicta fuisset.

40. Hinc dicta de prohibita frumenti exportatione procedunt etiam, licet Privilegium alicui concessum sit, quod possit singulis annis certam frumenti quantitatem evehere; Illud Privilegium enim cessabit tempore Caristiæ, & propter publicum interesse ac commodum suspendendum. Censetur itaq; tale privilegium conditionale esse, & hanc tacitam adjunctam habere limitationem; si annus nō sit sterilis, & provisum sit Provinciæ, cui ante omnia providere Principis incumbit curæ. *Anton. Peretz. ad tit. C. ut nem. lic. in coempt. specier. n. 2. Conf. Schepliz. loc. cit. n. 2. & 3. qui citat. Andr. Knichen. de Jur. Territor. c. 4. n. 363. seqq. & Francisc. Pfeil Consil. 100. n. 9.* Poterit & Conferri Menoch *de Arbitr. Jud. quest. lib. 2. cas. 569. n. 8.* qui ibidem subjungit; ejusmodi crimen, quando nimirum tempore caristiæ aliquis frumentum exportat, apud Mediolanenses puniri aliquando pœna mortis naturalis, aliquando Banno, aliquando pœna triremium, aliquando arbitrariè. Apud Græcos fustigatione punitos esse ejusmodi delinquentes, ex Cicerone probat *Petr. Gregor. Tholosan. Syntagmat. Jur. lib. 36 c. 30. num. 7.*

CAPUT IV.

De

HIS, QUI DARDANARIATUM NON INCURRUNT.

- I. **E**X fine omnis dijudicatur actio. Ille si malus sit, hæc bona esse non potest; Designat enim finis qualis res censenda sit, *c. Fraternitatis 6. in fin. X. de Frigid. & Maleficiat.* Finis autem ex intentione cognoscitur. Hinc primus in intentione finis, & ultimus in executione, *per L. 1. C. de Exec. rei jud.* Crimen omne, licet atrocissimum primo videatur intuitu, tale esse definit, si intentio ad finem, nocendi nimirum animus, desit. Exinde, quo animo quidvis factum sit, ponderandum ante omnia judicij est. Non enim crimen omne quale videtur, tale statim

tim pronuntiandum. In Dardanariis itaq; & Monopolis etiam ^{2.}
intentio spectanda. Sæpe aliquid Monopolium esse videtur,
quod tamen non est; Sæpe itidem absq; crimine committitur
Dardanariatus, Finis has quoq; diversificat actiones. Sic ca-
sus dari possunt, in quibus Monopolia conceduntur, ut tamen
men hîc Monopolicam labem non incurrat. Licet enim quæ-
dam iniqua sint, talia tamen esse desinunt, quando publicâ sunt
Autoritate, bono communi id efflagitante.

Sic si Respubl. aliqua certis quibusdam ad victum neces- ^{3.}
sariis rebus indigeret, quæ forsitan longius, & non sine summo
periculo apportandæ; subditi verò huic oneri hisque ferendis
sumptibus impares, tunc, quia utilitas publica id exigat, Mo-
nopolii Exercitium alicui concedi posset; taxato tamen atque
moderato pretio, attentisq; circumstantiis omnibus concurren-
tibus, ne qui eo privilegio usuri sint, plus justo Rempubl. gra-
vent. Et hoc modo populo inopi succurri, ærarium quoq; mi-
rum in modum augeri potest. *Magnific. Dn. D. Brunneman, Com-
ment. ad d. l. Un. C. de Monopol. Perez. in Comment. Cod. d. t. n. 3.
Menoch. l. 2. A. I. Q. cas. 569. num. 27. Ludov. Molina Tract. 2.
de Just. & Jur. Disp. 345. n. 3. Tiber. Decian. Tract. Crimin. lib. 7. c.
21. num. 3. & 4.* Nec contra rationem ejusmodi Privilegii con-
cessio est; Remunerandæ enim eorum molestiæ sunt, qui pro-
pter salutem Reipubl. & bona & corpus periculo exponunt præ-
sentissimo. Plura Monopolii permitti exempla in medium ^{4.}
proferri possent, si E. G. concedatur alicui, quod toto die fieri
videmus, soli licentia librum aliquem intra decem vel viginti
annos, prælo subjiciendi, eumq; vendendi ob impensas in illum
factas, &c. de quo *Dn. Henric. Hahn. Observat. ad Vvesenb. Paratit.
tit. de Servis. export. p. m. 1039.* Sed quoniam ejusmodi Monopo-
liorum enarratio prolixior quodammodo foret, & præter insti-
tutum, hâc opera in præsens supersedebo; poterit tamen con-
ferri *Ahasver. Fritsch. in Comment. ad. L. Un. C. de Monopol. c. 10.*

Anteqnam autem plane hanc de quorundam Monopolio- ^{5.}
rum justitiâ materiam faciam missam, Regulam hîc quandam
Principi in concedendo Monopolii privilegio observandam ap-
ponere allubescit; quam tradit *Ludov. Molina de Just. & I. Tract.
2. Disp. 345. n. 3.* ubi dicit: *Privilegia ejusmodi tunc licere concedere,*

quando id postulat recta ratio, ac commune bonum, attentis atq; expensis circumstantiis omnibus, tam ex parte subditorum, quam ex parte Regis, atq; illorum quibus conceduntur; Simulq; attento, ut subveniendo communi bono quo ad fieri possit, non magis graventur quaedam Reipubl. partes, quam alie, quando ad omnes equaliter subvenire illi spectat; Et in præcedentibus dicit: Regem tunc à peccato excusat publica necessitas, in quâ est, & Mercatores privilegium justâ de causâ illis concessum. Cautè ergo in hoc passu agendum Principi est, ne publicam, quam prætendebat, utilitatem in privatam commutet, quod ipsum exaggerat acriter Tiber. Decian. d. lib. 7. c. 21. n. 5.

6. Sed ad Dardanarios revertor, inquirendo, annon quidam primo intuitu Dardanariorum Genium induisse videantur, qui tamen si accuratiori oculorum acie perspiciantur, ab iis sint alienissimi. Meminit quorundam Jacob. Cujac. lib. 10. Observat. c. 19. quos ejectos aliquando urbe, revocatos esse commemorat, per Novellam Valentiniani de Pantapolis ad urbem revocandis, his verbis: *Græcos negotiatores, quos Pantapolas dicunt, in quibus manifestum est, maximam inesse multitudinem, magnamq; in emendis vendendisq; mercibus diligentiam, ulterius non patimur urbis habitatione secludi, licet eos dissensio, & maxime invidia Tabernariorum, quam venerabilis Romæ utilitas à negotiatione submoverit: Idcirco hoc edicto singuli universiq; cognoscant, Pantapolis ad urbem Romam redeundi negotiandiq; licentiam restitutam, ut cura pervigili ubertas populo ministratur.* Sed hos ad Dardanarios vix retulerim ego, cum facile ex dictis colligere sit, hos annonam non reddidisse cariorem, sed potius eò omni studio annisos fuisse, quo omnis generis merces Romam afferrent, atq; ubertatem exterarum rerum populo ministrarent, ut ita ex horum præsentia commodum, ex absentia verò incommodum in Rempubl. redundârit. Quicumq; itaque annonam, merces coemptas supprimendo, vel suas justo pretio non vendendo, falsasvè mensuras constituendo, non reddunt cariorem, illi quoq; Dardanariatus crimen haud incurrunt.
8. Apparet porro exindè, quæ de Thalete Milesio ferenda sententia sit, de quo cap. 1. n. 8. dicebam, an nimirum ille à Dardanaria labe immunis pronuntiandus? Quod verius affirmatur: Noverat enim ille, & prævidebat Astrologiæ beneficio, futuri
anni

anni caritiam, itaq; eã, quã pollebat, sapientiã, impellebarur,
ad coëmendas oleas, præparandasq; officinas olearias, ut ita fu-
tura inopiã medendã, aliquod quodammodo posset emplastrum
invenire. Quod verò carius eas postea vendiderit, eo ipso non
statim Dardanarius efficitur, cum pretium ejusmodi quale tem-
pore abundantis annonæ est, tale caritatis quoq; tempore esse de-
bere, dictu foret absurdum. Fraudulenta coëmptio, fraudulen-
ta suppressio requiritur. Cujus fraudis cum fuerit expers Mile-
sius, ipsius quoq; criminis expers meritò censendus. Secus ergo 9.
est, si tempore messis aliquis, ubi frumenti abundantia est, tan-
tam fructuum quantitatem coëmeret, ea intentione, ut posset e-
am suppressio inq; tempus annonæ arctioris asservare; Hic e-
nim quia in causa est, quò caritia in Rempubl. introducatur,
Dardanarius quoq; est: Emendo enim tantam copiam efficit, ut
ita frumenti pretia accrescant, & cives ab ipso carius emere co-
gantur, de quo in cap. 2. quos propterea lethaliter peccare dicit
Molina d. Disp. 345. n. 7. ubi in seq. n. 8. ex eodem ratio cinio con-
cludit; *Dardanarium aliquem non effici, licet coëmat fructus, licet in 10.*
tempus penuriae asservet, licet habeat animum carius vendendi & lu-
crandi; Hoc enim si non concederetur, vix quenquam merca-
torum à Dardanariã immunem labe inveniremus. Illud tamen
ita procedere putat; *Modo justo pretio currenti coëmat, & vendat*
postea justo pretio etiam currenti, neq; impedimento singulis de Republic.
sit tempore abundantie emere necessaria, aut copiã magnã frumenti co-
ëmptã augeantur pretia rerum. Hæc ille.

Nec Dardanarius ille dicendus, cui à Principe Licentia 11.
coëmendi asservandiq; frumenta in tempus caritiæ conceditur.
V. G. Si caritas immineat annonæ maxima, etiam illa, quæ de
Monopolio dicta paulo ante sunt, hîc locum habebunt: Scili-
cet posse Principem hanc potestatem concedere quibusdam, ut
hi communicato consilio auxilioquè, ac sumptibus hanc ad rem
necessariis collatis, quicquid frumenti, vel aliàs ad vitam neces-
sarii possint conquirere, coëmant, ac in tempus arctioris anno-
næ asservent. Non autem liberrima his coëmendi facultas con- 12.
cedenda, sed restringenda illa, inq; certos redigenda limites, ne
in proximi vergat detrimentum. Reliquis enim etiam civibus

danda licentia est, emendi, intra certum tamen tempus, quantum sibi suisque familiis ad alimoniam necessarium putaverint: Hoc tempore præterlapso, si quid fructuum supersit vel in provinciâ propriâ Principis, vel in vicinis exterisque locis ac Regionibus, hi, quibus id demandatum muneris est, coëmere, atque ita, ne quid deliqui patiatur Respubl. in tempus caristiæ asservare possunt. **13.** Vix tamen assererem, his ipsis quasi-Dardanariis licere sibi pretium asservati frumenti proprio ausu ac libitu constituere, sed potius superioris hoc incumbet curæ atque proviſioni, ne pretium istiusmodi justitiæ excedat cancellos. Illa itaque quæ *cap. præced.* de pretii determinatione dicta, hinc quoque observationem merentur.

14. Aliud exemplum Dardanarii reverâ non talis exhibet **Sacer Codex**, Josephi nimirum, de quo *Genes. cap. 41. vers. 19. seq.* Hic enim, si ex primo obtutu ferenda sententia, omnino Dardanariorum pronunciandus esset primicerius. Septem enim annis frumentorum copiâ abundantissimis, undiquaque tantam frumenti comparavit quantitatem, ut exæquaverit arenam maris, & numeris amplius comprehendi ea nequiverit, uti patet ex *Genes. d. c. 41. v. 49.* Hanc frumenti copiam tanto postea vendidit pretio, ut non tantum universam universæ Ægyptiæ pecuniam, sed etiam pecora, non tantum pecora, sed etiam agros & quid non **15.** Pharaoni acquisiverit. *Genes. 47. v. 14. seq.* Omnia tamen Dardanarii requisita hinc non concurrunt; Quicquid enim Josephus faciebat, id publica autoritate faciebat; Non ipse turpis lucri cupidus erat, sed omnia in publicam dirigebat utilitatem. Non impediabat suâ coëmptione, quo minus & alii emerent, nec gravabat eo ipso annonam aut cariorem reddebat, cum septem illi anni abundantes tantam cuivis suppeditaverint copiam, ut nemini non licuerit ad satietatam usque colligere fructus.

16. Egregia sunt, quæ hanc in rem pro Josepho defendendo in medium profert *B. Lutherus Tom. VI. Wittenberg. German. tit. von Rauffhandlung und Wucher fol. 294.* **Es ist dieser Rauff und Handel Joseph kein Monopolion, sondern ein redlicher gemeiner Rauff gewesen / wie er im Lande gewöhnlich war; Dann er wehrete niemand zur guten Zeit einzukauffen. Es war aber seiner Weißheit**
von

von Gott gegeben/ daß er des Königs Korn/ da es sieben Jahr wol
gerteth/ einsamlet/ da die andern nichts oder wenig einsamleten;
Dann der Text saget nicht/ daß er allein habe das Korn eingekauft/
sondern habe es eingesamlet in Städten des Königes / haben es
die andern nicht gethan/ der Schade sey ihre. &c. quod ipsum in
subsequentibus B. Luther. pluribus persequitur, & inter alia et-
iam hæc pro Josepho subjicit; Es meldet die Schrift nicht/ daß
Joseph darumb habe Korn eingesamlet / daß ers so theuer gäbe/
als er wolle; sondern er habe es gethan / daß Land und Leute nicht
verderben: aber der Rauff-Geitz (quod vitium in Dardanariis con-
spicuum maximè) gibt so theur er wil/ und sucht seinen Nutz allein/
unangesehen/ das Land und Leute verderben. Tantum itaq; abest, 17.
ut vitiosa sit ejusmodi frumenti coëmptio, in salutem publicam
publicâ autoritate facta, ut potius, si omittatur illa, haud exigu-
um inde Respubl. passura detrimenti sit. Habet sanè Ægyptia de
quo sibi gratulari potuerit, propter egregiū illud & maximo di-
gnum encomio factum Josephi, qui nisi divinâ quâdam inspi-
ratione edoctus de futura illa per septennium caritate fuisset, il-
liq; suâ, quâ pollebat, prudentiâ obviasset, omnibus sanè, quot-
quot in Ægypto degebant, fuisset pereundum. Conferatur hoc
de Josephi facto *Petr. Gregor. Tholosan. Syntagm. Jur. Univers.*
lib. 36. cap. 30. n. 3. in fin.

De eo autem hîc loci adhuc restat disquirendum; Si con- 18.
tingat Principem aliquem ex probabilibus causis metuere futu-
ri temporis caritatem; Huic verò levamen quærere desideret,
colligendo fructus, eosdemq; in tempus Caristiæ utilitatis publi-
cæ causâ asservando, si postea illa, quæ metuebatur, caristia in
ubertatem annonæ convertatur, propter uberrimos, quos tel-
lus genuerat, fructus, & frumentum, quod collectum antea, ve-
tustate corrumpatur, quid Principi hoc passu faciendum? Opti- 19.
mū huic rei sublevandæ consilium videntur illi suppeditare, qui
Principem posse cogere subditos, in quorum videlicet commo-
dum frumenta illa collecta undiquè, ut singuli, pro magnitu-
dine nimirum rei familiaris, recipiant partem hujus frumenti, &
vel aliud fisco inferant, vel proportionato pretio emant, ne Fi-
scus capiat inde detrimentum. Conf. *L. i. C. de Condit. in publ. hort.*

Tiber

Tiber. Decian. Tractat. Crimin. lib. 7. cap. 22. n. 23. Anton. Perez. Comment. Cod. d. tit. n. 13.

20. Quod ipsum tamen ita demum procedere dicendum, nisi culpam eorum, quibus cura domuum frumentariarum commissa, corruptum frumentum E. G. Si forte tecta horreorum non fuerint refarta, ita ut pluviae potuerint petere frumenta; madore enim corrumpuntur facile; Vel si justo tempore non fuerint versa, quod omne tamen incumbere illis, ideoque; hi ad damnum hoc refarciendum regulariter tenentur. *Anton. Perez. d. l. n. 11. Conf. Excell. Dn. Praeses Comment. Cod. in L. 1. d. tit.*

CAPUT V.

De

POENA DARDANARIORUM JURE CIVILI STATUTA.

2. **O**ptima ratione Legis virtus in imperando, vetando, permittendo atque; puniendo consistere dicitur à Jcto Modestino in *L. legis 7. ff. de LL.* Majestati enim Legislatoris ante omnia competit imperare, sed non imperare semper, interdum & vetare, sed nec vetare omnia, interdum & permittere quaedam convenit; Permittenda tamen non quævis, sed & punienda quaedam. Pro diversitate actionum humanarum, diversa se Legis exerit virtus. Sed evanesceret facile atque; pessum iret omnis, quæ circa Leges versatur, potestas, nisi poenæ in transgressores condignæ essent statutæ. Circumsepiuntur illis ipsis Leges ac ita robur suum intactum conservant atque incolume. Toties inde, Expedire Reipubl. ne delicta maneat impunita, in jure nostro inculcatur *L. ita vulneratus 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 9. §. 5. de Publican. L. Congruit 13. ff. de Offic. Presid. l. 14. C. de Pæn. Pa-*
2. rili ratione & in nostra *L. Annonam*, explicatis modis quibus Dardanatiatus contrahatur crimen, poena subjicitur, his verbis: *Pœna autem in hos varie statuitur. Nam plerumque si negotiantes sint, negotiatione eis tantum interdicitur; interdum & relegari solent. Humiliores in opus publicum dari.* Variant hic poenæ pro diversitate
tam

tam personarum, quam ipsius delicti, quod omnino suos admit-
tit gradus; Hinc vel negotiationis interdictio, vel ipsa Relega-
tio dicitur, pro gravitate nimirum admitti criminis, æstimandâ
judicis arbitrato. Extraordinarium itaq; Dardanariatus cri- 4.
men est, hinc sub titulum de Extraordinariis Criminibus nostra
Lex à Compilatoribus Pandectarum relata.

Sunt verò Extraordinaria crimina, quæ pro arbitrio judicis 5.
extra solennem ordinem criminali judicio singulariter coërcentur
*L. 1. pr. ff. d. Extraord. Crimin. L. 2. & L. 3. §. 2. ff. de Crimin. Stell. Dn.
Struv. Exerc. 48. th. 72. Wissenb. Vol. 2. Disp. 31. ad ff. th. 1. Zoës.
ad tit. ff. de Extraord. Crim. n. 1.* Differunt ab ordinariis Criminibus, 6.
in eo; quod hæc scilicet extraordinaria non, uti illa, habeant cer-
tas pœnas, certis Legibus definitas, sed eæ commissæ arbitrio ju-
dicis sint. Decian. *Tract. Crim. T. 1. lib. 5. cap. 2. n. 9.* Judex tamen
non pro lubitu eas debet irrogare, sed pro personarum & admis- 7.
si qualitate atque circumstantiis modo durius modo remissius
animadvertere potest per *L. Hodie 13. ff. de pœn. junct. L. perspicien-
dum pr. ff. eod.* ubi dicitur; quod judex non severitatis aut cle-
mentia gloriâ affectare, sed perpenso judicio, prout quæq; res
exoptulat, statuere debeat: Elegantia sunt quæ hæc de re habet
Bernhard. Zieriz. in *præfat. ad Const. Crimin.* ubi inter alia ita: *Tem-
peramentum illud justitiæ & misericordiæ, quod ex lumine naturali et-
jam perspexit Marcianus in L. perspiciendum ff. de pœn. non de-
bet esse affectibus obnoxium, non cerebrinum & somniatum, non idioti-
ticum aut in Gynaceo excogitatum, sed jure ac Legibus fundatum, ac o-
mnino tale, ut Reipubl. & publico statui nequaquam sit perniciosum; ita
etiam ne justitia in crudelitatem, nec misericordia in mollitiem aut Hy-
pocrisim aliquam degeneret. Conf. Dn. Carpzov. Pract. Crim. P. 3.
quest. 133. n. 4. Wissenb. d. Disp. 31. th. 2. Menoch. lib. 1. de Arbitr.
Jud. Quest. q. 13. n. 15.*

Quod verò dictum est, certâ Lege crimini extraordinario 8.
pœnam non esse statutam, primo intuitu absurdum quodammo-
do videri alicui posset, cum plerisque ferè criminibus, quæ sub
tit. ff. de extraord. Crim. reperiuntur, sua quoq; adjuncta reperia-
tur pœna. Sic ei, qui stuprum persuasit, perfecto flagitio dicta-
tur pœna capitalis in *L. 1. §. f. ff. de extraord. Crim.* Sic quæ par-

E

tum

tum abegit, exilio multatur, *L. 4. ff. d. t.* Sic Sacculariis & Directariis certa pœna indicitur *L. 7. ff. d. t.* Imò in ipso nostro Dardanariatus crimine expressa pœna reperitur *d. L. 6. §. 1. d. t.* ut exinde malè ejusmodi animadversio in talia delicta arbitrio
9. judicis committatur. Sed salva res est; cum cuilibet cognitum optimè sit, has ipsas Leges, quas in titulo *de extraord. Crim.* conspiciamus, ut & aliàs omnes in ff. tempore Justiniani Imper. non fuisse Leges, sed tantummodo Responsa Prudentum, qui ipsi ob defectum Legis, variè consulentibus de Crimine responderunt *Conf. Anton. Matthæi de Crim. Prolegom cap. 4. n. 10.* Et
10. quamvis hæc Responsa ab Imp. Justiniano vim Legum acceperint, quicquid enim in Pandectas relatatum est, ita intelligendum est, ac si Justiniani voluntate compositum esset per *Constit. Tanta de Confirmat. Digest. §. 10.*

11. Licebit tamen adhuc judici pro arbitrio pœnam irrogare, quia illud ipsum ab Imp. in hisce criminibus ipsi non est ademptum; ita tamen, ut, quantum fieri possit, pœna in Lege propofita observetur, eademq; delinquenti irrogetur; Nisi forsitan vel circumstantiæ aliud suadeant, vel consuetudo loci peculiarem pœnam introduxerit *Conf. Wissenb. d. th. 2.* Quanquam in posteriori casu arbitrium planè expiret, cum necessarium illud sit, & non arbitrarium, quod consuetudine est stabilitum, & sic pœna consuetudine determinata, censetur à Lege definita, Menoch *A. I. Q. Lib. 1. quest. 14. n. 5. & seq.*

12. Sed his, quæ jamjam prolata in medium sunt, quod nimirum Dardanariatus extraordinarium crimen sit, è diametro videtur obstare *tit. ff. ad L. Jul. de Annona, & præprimis L. 2. pr. d. t.* ubi ille, qui contra annonam fecerit, societatemve inierit, quo carior annona fiat, dicitur Lege Julia de Annonâ teneri. Jam verò tralatitii juris est, Legem Juliam de Annona ad publica pertinere crimina per *L. 1. ff. de Publ. Judic.* Si verò publicum est crimen, extraordinarium id dicere velle, maximam saperet absurditatem.
13. Respondent hîc quidam, quod Lex Julia tantum referenda sit ad annonam civitatis Romanæ; Extraordinarium autem de annonâ judicium spectare ad annonas aliarum civitatum. Alii dicunt, quod Lex Julia puniat gravantes annonam

in

in Urbe non in Provinciis; Extraordinariè verò puniantur in Provinciis: Horum tamen sententias, quæ reverâ inter se conveniunt, refutat *Tiber. Decian. d. Tract. Crim. lib. 7. cap. 22. n. 19:* ubi propriam suam subnectit sententiam, & statuit; *L. Juliam* in tribus tantum casibus in Lege expressis locum habere 1. si aliquis annonam fraudaverit, 2. si aliquis Societatem iniverit quo annona carior fiat, & 3. si quis navem nautamve retineat, vel dolo malo faciat, quo magis detineatur *d. L. 2. pr. & §. 1. ff. ad L. Jul. de Annon.* Extraordinariam verò in Dardanarios animadversionem etiam tantum locum habere in casibus expressis per *d. L. Annonam.* (quos casus *supra cap. 2. n. 7. seqq.* demonstravi) ut ita diversitas casuum diversas Leges ac pœnas induxerit. Sed hoc passu illæ *L. Julix* species valde forent limitandæ, cum præsertim prima admodum generalitate laboret, uti notat *Godofr. ad d. L. 2. lit. d.* Tam enim Monopolæ quam Propolæ annonam fraudant, ut ita Monopolium à Propolio & ambo hæc à Lege Julia agrè amplius distingvi posse videantur.

Plausibilior tamen altera Deciani sententia est, quam *dicto cap. 22. n. 20. & 39.* tradit; ubi novum non esse asserit, quod ordinaria crimina etiam extraordinariè puniantur, si forsitan casus eveniat, qui Lege ordinariâ non comprehendatur. Sic injuria, quæ ordinarium crimen est, interdum extraordinariè punitur *L. 1. §. 1. ff. de Extraord. Crim. junct. L. fin. ff. de injur.* Stuprum publicâ Lege, Juliâ nimirum, vindicatur, interim tamen & certo casu extraordinariè coercetur *d. L. 1. §. 2. ff. de Extraord. Crim.* idem in furto *L. fin. ff. de furt. Conf. L. fin. ff. de Publ. Judic.* Eadem ratione Dardanarii merces supprimendo annonam vexantes, extraordinariè puniuntur in *d. L. Annonam.* incurrunt crimē *Stellionatus L. 3. §. fin. ff. de Crimin. Stellionat.* Sed quoniam impresenti animus tantummodo est, Legem nostram enucleare, ideoq; ejus tantum mihi insistendum vestigiis est, Lege Juliâ & *Stellionatus* crimine suo loco relictis.

Distingvuntur autem in nostrâ Lege personæ delinquentes, in honestiores & humiliores, & ita pro earum diversitate, diversæ quoq; ipsis pœnæ irrogantur, quod frequentius in jure nostro observare est. Vid. *L. Capitalium 28. §. fin. ff. de pœn. L. 10. pr.*

- L. 16. §. 3. & L. 38. §. 3. ff. eod. L. 1. §. fin. & L. pen. ff. ad L. Cornel. de Sicar. & simil.* Prima itaq; pœna, quæ Dardanariis & quidem honestioribus (nisi forsitan Dardanarius honestus *σιδεαγγύλω* æquipolleat) dicitur, est NEGOTIATIONIS INTERDICTIO,
17. si videlicet Negotiatores sint. Levior hæc tanto crimine pœna videtur, sed reverâ talis non est, præsertim si Negotiatoribus haud infimi subsellii imponatur; Eo ipso enim rivuli, per quos aliorum substantias in proprium stagnum derivare satagebant, ipsis obstruuntur, atque ita modus acquirendi tam ea quæ ad victum, quam quæ ad amictum & luxum necessaria, ipsis adimitur, ut hâc ratione pessimo loco res eorum esse incipiant.
18. Quod verò etiam Negotiationis interdictio pœnis annumeretur, expressus textus est in *L. Moris 9. §. 9. & 10. ff. de pœn. junct. L. 1. §. 13 ff. de Offic. Præf. Urbi.* Ubi tamen differentia constituenda inter has duas pœnas; quando scilicet aliquis prohibetur emere; Vel quando ipsi negotiatio vel commercium interdicitur; Illud minus est, hoc majus. Qui enim emere prohibetur, vendere aut alienare non prohibetur: Secus in negotiatione interdicta, ubi nec venditio permittitur. Videndum tamen, annon illi, cui interdicta negotiatio, rem suam oppignorare concessum sit? Est textus in *L. 24. ff. de Pignorib.* ubi dicitur: *In quorum finibus emere quis prohibetur, pignus accipere non prohibetur.* Ex hoc textu colligi posse videtur affirmativa quæstionis dictæ decisio: Responderi tamen ex præcedentibus ad hanc ipsam Legem facile potest, ubi in generaliore significato Negotiationis interdictionem accipiendam dixi; in strictiori verò Emptionis prohibitionem. Qui negotiatur emit etiam. Qui emit, non statim negotiatur, sed & venditio accedat necessum est. Ergo *d. l. 24.* quia de Emptione interdicta tantum loquitur, vix ad negotiationem poterit extendi.
21. Probabilior itaq; ac verior negativa videtur, quod nimirum negotiare prohibitus, & pignori dare posse prohibitus intelligatur, ex hâc ratione, quia pignoris datio sub alienatione vel negotiatione latet; quicquid itaq; de genere affirmatur, de specie quoq; affirmari necessum est, Godofred. *ad d. l. 24. ff. de Pignorib. lit. P.* Probari idem potest ex *L. fin. C. de reb. alien. non alienand*

alienand. ubi dicitur; Quod, qui alienare prohibitus, nec usumfructum dare, nec pignus vel Hypothecam constituere possit. Ratio est; quia quicquid prohibitum est in termino prohibitum etiam est in via: Hinc prohibità alienatione, prohibitus omnis censetur actus, quo res illa à nobis ad alium transire possit. Anton. Perez. in d. t. Cod. de Reb. alien. non alien. n. 7. Gœddeus. ad L. Alienationis 28. ff. de V. S. Quæ ergo hîc de alienatione prohibita dicta sunt, ob identitatem rationis ad negotiationem rectè extendi posse putaverim, præsertim cum illa sub hâc contineatur, ut prohibita alterà, altera vix permessa possit esse; Et quia pari ambulant passu, eademq; earum natura, idem quoq; de iis ferendum judicium per text. in c. inter corporalia 2. X. de Translat. Episcop. Quoniam autem pœnalia nō sunt extendenda, sed potius benignior in illis interpretatio facienda per L. 42. ff. de Pœn. & cap. 49. de R. I. in 6. ideoq; in strictiori sensu vocabulum alienationis, pro solâ nimirum translatione Domini hîc Dd. accipiunt, ut per consequens pignoris datio prohibita non censeatur. Excell. Dn. Præses Comment. Cod. ad d. L. fin. de Reb. alien. non alienand.

Alterapœna, quæ Dardanariis in nostrâ L. dictatur est RELEGATIO German. *die Landes-Verweisung* quando quis exire fines patriæ jubetur; sive uti ab Ulplano in L. 14. ff. de interd. & relegat. describitur: *Relegatus est is, cui Provinciâ vel Româ, vel continentibus ejus perpetuo vel ad tempus interdicitur.* Duplex inde relegatio resultat, Temporalis alia, alia perpetua. Hæc ad vitam ipsius relegati durat; Illam verò ultra decennium extendi non posse putat Dn. Carpzov. *Pract. Crim. part. 3. quest. 130. n. 15.* Differt hæc ipsa Relegatio à deportatione; Deportatus enim Civitatem amittit, & per consequens nec testamentum facere potest per L. 8. §. 2. ff. qui testam. fac. poss. Relegatus verò sive ad tempus sive in perpetuum Civitatem & jus testandi retinet d. L. 8. §. 3. ff. d. t. L. 4. ff. de interd. & releg. L. 7. §. 3. ff. eod. Deportati bona Fisco vindicantur per L. 8. C. de pœn. L. 14. §. 1. ff. de interd. & releg. Relegatus verò omnia sua bona regulariter retinet d. L. 8. & d. L. 14. interdum tamen etiam pars bonorum ipsis adimi solet ut in L. 38. §. qui abortionis 5. & §. 8. ff. de pœn. L. 11. §. 3. ff. L. Falcid. Vid. Dn. Richter. ad Auth. Bona damnatorum C

de bon. proscript. n. 6. & 7. Conf. Borchoit. Comment. ad pr. Inst. quib. mod. jus patr. pot. solv. Heigius in Comment. ad Inst. d. t. §. 1. n. 17. & 18. Zæf. Comm. ad t. ff. de interd. & releg. n. 2. seq. Wesenb. Paratitl. d. t. n. 4. ibiq; Bachov. in not.

25. An autem relegatio infamiam relegato inurat, non incommodè hic quæritur? Quod ipsum tamen nec affirmandum simpliciter, nec negandū, sed potius hic inspicienda causa est, propter quam quis relegatus, hæc qualis est, talis etiam censenda relegatio per *L. Ictus fustium 22. ff. quod met. caus. junct. l. infamem. 7. ff. de Publ. jud.* Existimationem tamen semper Relegatio minuit per *L. cognitionum 5. §. 2. ff. de Extraord. cognit. l. Capitalium 28. §. 1. ff. de pæn. Confer. Dn. Carpzov. Pract. Crim. P. 3. quæst. 135. n. 50. seq.*
26. Controvertitur etiam hæc in materiâ; An à Civitate vel loco Regni alicujus relegatus, ita censeatur relegatus, ut nullibi in illa Provinciâ sive Regno commorare possit? Ubi tamen de eo, qui Provinciæ præest, sive Rex sive Princeps sit, non quæritur: Nam quia tota Provincia Principi subjecta est, ipsius quoque potestas eousq; se extendit, ut relegatum à quovis loco possit exterminare. Sed de eo potissimum quæstio; quando quis à Municipio relegatus, an in vicinâ urbe commorare possit? quod verius affirmatur per *L. 7. §. 10 ff. de interd. & Releg.* ubi Ulpianus dicit: *Interdicere quis aliquem illâ Provinciâ potest, quam regit, aliâ non potest.* Et hoc ipsum propterea, quia si extra territorium jus dicere conaretur Municipium, ipsi, sicut & cuilibet alii etiam Principi, impunè non pareretur. per *L. fin. ff. de Jurisdic.* Quælibet enim Civitas peculiari gaudens Jurisdictione, ejusdem quoq; agnoscit limites, ut per consequens Magistratus urbis ultra loca suæ Jurisdictioni subjecta, relegare delinquentem non possit, nec impedire, quo minus Relegatus in vicinâ urbe commoretur. *Conf. Dn. Carpz. Pr. Cr. P. 3. q. 130. n. 24. seq. Schepliz. ad Consuet. March. P. 4. t. 7. §. 1. n. 5. Wesenb. Paratitl. ff. de interd. & releg. num. 2.*
27. Considerandum tamen hæc in quæstione accuratius est, annon speciali & proprio nomine Civitas aliqua relegandi jus exerceat, an verò nomine Principis, ut dicta priori tantummodo casu procedant, secus in posteriori. Sic etiam annon consuetudine loci introductum aliud, attendendum omnino

no

no est. Uti in Saxonia, ubi si quis à Præfectura alicujus Principis relegatus, totâ Provinciâ censetur exterminatus, *Vid. Dn. Carpzov. d. l. n. 26.* Hic autem in Marchiâ soli SERENISSIMO 28.
hanc potestatem relegandi ex universa Marchiâ adscribit Schepliz. *d. l.* Quod ipsum tamen universale esse vix putaverim; cum & hic in Marchiâ Municipia quædam jurisdictionem nomine Electoris exercent, & sic ex totâ Marchia relegare possint, quod ibi præsertim obtinet, ubi Præfectura Electoralis cum Municipio concurrenti gaudet Jurisdictione, uti in Patriâ meâ aliquoties ipse observavi.

Ultima pœna, quæ in *d. l. 6.* Dardanariis dictatur & quidem humilioribus, est DAMNATIO IN OPUS PUBLICUM. 29.
Hæc autem pœna non plane eadem est, cum damnatione in metallum aut in op9 metalli, sed datur inter eas differentia in quantitate. Gravior enim alterâ altera est. Damnatio in metallum 30.
gravissima est, eâ ipsâ enim libertas adimebatur per *L. 8. §. 4. ff. de pœn. servus pœnæ quis efficiebatur per L. 17. pr. ff. de pœn. l. 36. ff. eod. l. 3. pr. ff. de his quæ pro non script. hab. verberibus servilibus cõercebatur l. 12. ff. de jur. Fisc. & durissimis vinculis constringebatur d. l. 8. §. 6. ff. de Pœn.* Damnatio autem in opus metalli le- 31.
vior quodammodo est; Libertas quidem ipsis etiam adimitur. per *d. l. 8. §. 4.* Levioribus tamen vinculis constringuntur & si ex opere metalli fugiant, demum in metallum damnantur *d. l. 8. §. 6. ff. de pœn.* ex quo facile liquet levio-rem hanc esse, nam quando refuga fit damnatus, semper pœna exasperatur, per *L. 4. ff. de pœn. l. Capitalium 28. §. 13. 14. ff. eod. Conf. Anton. Matthæi ad lit. 48. ff. tit. 18. n. 4.* Levissima pœna, respectu nimirum præcedentium, videtur Damnatio in opus publicum, ut propterea minimis delictis illam inferri ex *Paulo 5. Sentent. 17. §. 2.* notet Godofred. *ad d. l. 8. §. 7. lit. n.* Quod autem hæc levior præcedentibus pœnis sit, patet ex eo, quod illæ regulariter in perpetuum infligantur per *L. 28. §. 6. ff. de pœn.* Hæc verò regulariter ad tempus per *L. 8. §. 7. ff. d. t. Conf. Cujac. lib. 6. Observ. 25.* Et hæc sicut illæ libertatem non adimat *L. 28. §. 6. ff. eod. l. 5. §. 2. ff. de Extraord. Cognition.* Et si aliquis ex opere publico redeat, de-
mum

num in opus metalli damnatur per d. l. 8. §. 7. ff. de pœn. Vid. Bachov. ad Treutl Vol. 2. Diss. 31. th. 6. lit. D.

33. Hodie pœna metalli non adeo frequentatur; Condemnatio verò in opus publicum in viridi observantiâ est Dn. Carpzov. Pr. Cr. P. 3. qu. 129. n. 8. & n. 41. seq. Sic hîc in Marchiâ, & alibi videmus, quod condemnentur ad opus publicum in exstructione fortalitorum, ubi etiam vinculis constringi solent; sie werden zum Festungs-Bau an die Karren geschmiedet / & fustigatio solet plerumq; hîc loci in opus publicum commutari. In Saxonia, & præsertim Dresdæ observavi, eos ad præparandos lapides in lapidinas condemnari, sie werden auff den Bau gebracht, und müssen Steine schneiden / quæ tamen pœna plerumq; ad tempus, raro, nec nisi in gravissimis delictis in perpetuum solet dictari.

34. Hæ pœnæ sunt, quibus Dardanarios olim affectos testis in nostra Lege est Ulpianus; Levior illa videtur, quæ Lege publicâ, Juliâ nimirum, ipsis irrôgabatur, quæ 20. aureorum est, per l. 2. §. fin. ff. ad l. Jul. de annon. quæ tamen ad hunc locum directè non pertinet: Odiosum autem admodum hoc hominum genus erat, ut propterea quoq; variis variarum Legum pœnis ipsorum nequitia rectissimè fuerit coërcita. Hinc in odium eorum singularitas notabilis circa accusationem fuit admissa. In crimine enim fraudatæ annonæ accusare potest mulier per l. 13. ff. de Accus. & inscript. l. ult. §. ult. ff. ad l. Jul. de Annon. Licet aliàs accusatricis vices mulier regulariter subire nequiverit, l. 1. & l. 8. ff. de Accus. Sic nec infamis regulariter accusare potest l. 4. & l. 8. ff. de Accus. in nostro tamen crimine ad accusandum admittitur l. 13. ff. d. t. sic admittuntur milites d. l. 13. quibus aliàs impedimento Sacramentum est l. 8. ff. de Accusat. Servi quoquè, licet aliàs de Jure Civili pro nullis habeantur l. 32. ff. de R. I. l. 3. in f. ff. de capit. minut. tamen eò annonæ extensus favor est, ut in hoc crimine etiam contra proprios admittantur Dominos l. 13. ff. de Accus. l. 1. ff. ad l. Jul. de Annon. l. 53. ff. de Judic. Quæ omnia adhuc hodie in usu esse patet ex Reformat. Polit. de Anno 1577. tit. 18. §. und nach dem Vermög' &c.

CA-

CAPIT VI.
De
POENA PROPOLARUM EX JURE
NOVISSIMO.

PRincipem omnem *Νομοφύλακα* esse debere, ipsa recta ratio 1.
necessitate suffulta efflagitat. Revocandæ itaque in usum
Leges Prædecessorum sunt, si publica exinde res sperare
possit utilitatem; Imò augendæ interdum hæc si subsit ac exaspe-
randæ. In nostrâ Romano-Germanicâ Republ. Comitiam hæc de
re agendi suppeditant occasionem. Adsumptis enim in partem
sollicitudinis imperii statibus, optimè cognovit Imperator, quod
cum eorum consilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem Im-
perii Romani, & ad Imperatoriæ Majestatis gloriam redundaturum,
uti ipsi Impp. *Theodos. & Valent.* testantur in *L. Humanum §. C. de LL. Theodor. Reinking. de Regim. Secul. & Eccles. lib. 1. Class. 5. c. 8. n. 2.* Videndum itaq; in præsentia est, quæ ob publicam uti- 2.
litatem in tam nefandum Propolii crimen jure Comitiorum sta-
tuta pœna sit. Parum enim juris notitia cuiquam proficiet; nisi
&, an jura illa usu atq; observantiâ frequententur, cognitum
ipsi insimul sit. Disertè autem de hoc crimine Propolii pariter
ac Monopolii (quæ ipsa tamen jure Recessuum imperii quodam-
modo confunduntur) agitur in *Reformat. Polit. publicatâ in Co-
mitiis Augustanis à Carolo V. Anno 1548. tit. Die Monopolia und
schädliche Vorkäuffe belangend.* Et in *Ordin. Polit. Francofurti
publicatâ à Rudolpho II. Imp. Anno 1577. tit. 18.* in quibus locis
Dardanariorum genius ac innata indoles optimè describitur.
Operæ autem pretium me facturum arbitror, si ex dictis locis
verba, pœnalem sanctionem exprimentia, hic apposuerò; Et
quidem in §. *Hierauff haben wir/ dicitur: Wollen hiermit ernst-
lich / daß solche Handthierung Auff- und Vorkauff hinfüro verbo-
ten und absenn / und die hinfüro niemand weder durch sich selbst/
noch andere treiben oder üben soll; Welche aber hierwieder solches
thun würden/ dero Haab und Güther confiscirt, und der Oberkeit
jegliches Ortes / so peinliche Straffe des Endes hat/ verfallen seyn.*

F

Et

Et hæc pœna confiscationis bonorum postea repetitur, in §. und wo die ubi & alia pœna, Relegatio nimirum, priori addiditur, verbis: Und wo die (Ordnung) durch einigen/ wer der wäre/ übertreten/ derselbe soll durch die Oberkeit / da solch Verbrechen geschehen / Inhalt dieser Ordnung / bey Verlehrung seiner Haab und Güther / und Verweisung des Landes / unnachlässig gestraffet werden. Patet itaq; exinde, duplicem adhuc hodie pœnam in usu esse, quæ Propolis dictari possit. Confiscatio bonorum & Relegatio. De posteriori pœnâ actum in præcedenti capite est; De priori autem, confiscatione nimirum bonorum hic quædam erunt subjungenda.

3. Est autem **Confiscatio bonorum**, quando bona alicujus propter delictum commissum, post condemnationem in Fiscum rediguntur, arg. l. 1. ff. de bon damnat. l. 3. ff. de bon eor. qui ant. sent. Calvin. Lex. Jurid. sub voce Confiscare. Sive latius: Confiscatio est actus, quo bona in Fiscum rediguntur, uti describit Dn. Richter ad Auth incestas C. de incest. nupt. Fiscus autem in genere nihil aliud est, quàm *arca communis Reip. constans pecunia publicâ ex multis, emolumentis successionum, bonis vacantibus & aliis &c.* describente Dn. Hahn. Observat. ad Wesenbec. tit. de Jur. Fisc. n. 2. Inter Fiscum & Parrimonium Principis distinguunt communiter; quod ille sit Principis quâ Principis; Hoc Principis quâ privati: Dn. Hahn ad Wesenb. tit. de Offic. Procurat. Cesar. Inter Fiscum etiam & ærarium faciunt diversitatem Wesenb. Paratitl. de Jure Fisc. n. 1. & ibi Dn. Hahn in observat. Wissenbach. Vol. 2. Exerc. 39. thes 1. & seq. Zoës. ad ff. tit. de Jur. Fisc. n. 2. Sed hæc distinctio non observatur, cum sæpe pro iisdem ponantur, atq; tam à Jctis quàm Dd. confundantur Wesenb. d. l. n. 2. Willenb. d. th. 2.
5. Confiscationis autem olim frequentior usus fuit, quod plurimi in jure nostro textus luculenter satis demonstrant, quos allegat Dn. Richt. ad Auth. Navigia C. de Furt. n. 29. idemq; de jure Canonico observatum fuisse, quod bona graviter delinquentium ad Fiscum Ecclesiæ delata fuerint per cap. 10. X. de Heret. probat Idem ad Auth. incestas C. de incest. & inutil nupt. num. 13. Jodocus Damhouder. in Prax. rer. Criminal. c. 66. ex Chassaneo ad Consuetud. Burgund.

Burgund. sub Rubric. des Confiscations §. 1. 2. & 3. sexaginta septem enumerat casus, in quibus de Jure Civili locum habeat confiscatio. Nec absurdus adeo hic Fiscum ditandi modus, cum ex e- 6.
jus abundantia non tantum in universam Remp. sed & in singulos cives utilitas possit redundare. Subfuit & alia confiscationi ratio; ut scilicet illos, quos vitæ & existimationis periculum in officio continere non poterat, amissionis bonorum metus terret, quod eleganter deducit Perez. *ad tit. Cod. de bon. damn. n. 21.*

Quid hodie juris sit, An Confiscatio bonorum plane 7.
sublata, hic videtur quæstionis esse? In diversas à Dd. itum partes est. Ccedunt eam alii, alii nisi in crimine Majestatis, non. *Conf. Regner. Sixtinus de Regalib. lib. 2. cap. 12. num. 93.* qui ibidem Authores citat acervatim, asserentes, hodie, nisi in crimine Majestatis, per totum mundum abrogatam esse Confiscationem. 8.
Dissentiendi causam atq; ansam potissimum dedit *Novell. 134 c. fin.* & inde ab Irnerio desumpta *Auth. Bona damnatorum C. de bon. proscript.* de cujus *Novellæ* vero ac sano intellectu non constare asserit Bocer. *Tr. de Crim. Majest. c. 3. n. 115,* Verba autem *d. c. fin. Novell. 134.* hæc sunt: *Sancimus eos, qui in criminibus accusantur, in quibus Leges mortem aut proscriptionem definiunt, si convincantur aut condemnentur, eorum substantias non fieri lucrum Judicibus, aut eorum officiis, sed neq; secundum veteres Leges Fisco eas applicari &c.* Hisce verbis in fine subjungitur Exceptio; quod nimirum in condemnato ob crimen Majestatis læsæ, veteres Leges 9.
debeant observari, de quo *L. quiquis 5. C. ad L. Jul. Majestat.* Ex his colligunt. Exceptionem firmare Regulam in casibus non exceptis, per *alleg. à Zoëf. Comment. ad ff. tit. de Testam. n. 20.* ut per consequens, omnes illæ, quæcunq; *Novell. 134.* antecessere Leges, videantur abrogatæ, & sic etiam *Nov. 12.* cum *Auth. incestas C. de incest. & inutil. nupt.* 10.

Verum restringuntur hæc ipsa, quæ modò ex *Nov. 134.* allegavi verba, ut per Leges veteres tantum Pandectarum & Codicis textus intelligantur, non autem *Novellarum.* Restrictionis hujus rationes redduntur variæ, quæ tamen non omnes suo 11.
suffultæ robore. *Rittershus. ad. Nov. P. 13. cap. 4. n. 5.* asserit, *Nov. 134.* illis tantum textibus derogare, ubi pœna confiscationis expressè non est statuta. Sed ille propter generalitatem te-

xtus, & exceptionem Criminis Majestatis, cui tamen in specie bonorum confiscatio dictata antea, rectè refutatur ab Amplifs. Dn Præside Comment. Cod. ad Auth. Bona damnatorum. de bon. proscript. & à Dn. Carpzov. Pr. Crim. P. 3. Q. 135. n. 29. Aliter Dn. Richt. ad Auth. Navigia n. 31. C. de Furt. qui videtur distinctionem insinuare velle inter damnatos ad ultimum supplicium; Et illos qui ultimo supplicio non adficiuntur E. G. qui Banno imperiali feriuntur. Illo casu sublatam esse confiscationem; Hòc non, Cujus sententiæ etiam est Dn. Hahn. ad Vvesenb. tit. de bon. damnat. n. 6. verb. Excepto Lesæ Majestatis in fin. ubi c. ult. d. Nov. 134. tantum de capitalibus loqui asserit. Quæ quidem distinctio suâ luce radiat, an tamen illa in d. Nov. 134. fundata, equidem dubitaverim, præsertim cum clara verba sint d. c. fin. quando dicitur: qui in criminibus accusantur, in quibus Leges mortem aut proscriptionem definiunt, ibi sanè disjunctiva aut sat indicii præbet, d. Nov. 134. de capitalibus & non capitalibus esse intelligendam.

13. Plausibilior autem sequens, pro probanda restrictione d. Nov. 134. videtur sententia; quod verosimile non sit; Imp. Justinianum generali hâc sanctione, voluisse propriis suis Novellis derogare; cum, uti alias Imperatori facere moris fuit, nullam injecerit mentionem, se etiam Novellis derogare voluisse, Ergo de veteribus Legibus potius id venit intelligendum, quæ bonorum publicationem in multis ac variis criminibus inducebant. Imo etiam tralatitium in jure est; posteriores Leges generales, prioribus specialibus non semper derogare, per L. non est novus 26. ff. de ll. Vid. Matth. Stephani Comment. ad Novell. 134. n. 22. & ad Nov. 12. n. 38. Conf. Dn. Hahn. ad Vvesenb. loc. cit. Dn. Richt. ad Auth. incest. C. de incest. & inutil. nupt. Cujac. ad d. Nov. 12. & 134. Et hanc sententiam, quòd nimirum d. Nov. 12. per d. Nov. 134. non sit derogatum, communem esse asserit Stephani ad d. Nov. 134. n. 22.

14. Disputantur hæc ita de Jure Novellarum; Quid Jure Novissimo, Carolino videlicet, obtineat, videndum insuper est. Agitur autem hîc de re in Constit. Crim. Artic. 218. verb. So ein Ubelthäter außserhalb des Lasters / unserer beleidigten Majestät / oder sonst in andern Fällen / so der Ubelthäter Leib und Guts nicht verwürcket / vom Leben zum Tode gestrafft / Weib und Kinder an den
Bet-

Bettelstab/ und das Guth dem Herrn zugewiesen werden/ &c. qui-
bus deinde subjicitur ipsa Confiscationis abrogatio. Patet au- 15.
tem ex hoc articulo, dari omnino casus quosdam præter Cri-
men Majestatis læsæ, in quibus Confiscatio bonorum adhuc ho-
die obtineat; Expressâ enim hujus articuli verba sunt; Oder
sonst in andern Fällen. Nec ratio aliqua prægnans adest, quæ 16.
quempiam, quo minus communem hujus articuli lectionem,
haud extirpatâ voce Oder retineat, movere possit; quam tamen
voculam omittit Dn. Carpz. Pr. Cr. p. 3. q. 135. n. 30. & adulteri-
nam vocat Dn. Richt. ad Auth. Navigia C. d. Furt. n. 32.

Hâc itaq; ratione ductus Dn. Carpz. d. l. n. 27. quæstionem 17.
supra propositam; an confisatio bonorum hodie obtineat? ita
decidit: *Mihi verissima videtur illa assertio, præter delictum scilicet læ-
sæ Majestatis, quo etiam perduellionem comprehendo, nullum hodie da-
ri casum, ubi in imperio Romano-Germanico Confiscatio, quæ proprie ta-
lis est (ab hâc enim casus bonorum vacantium excluditur) locum habeat.*
Hoc ipsum suum assertum deinde num. 28. probat ex generalitate
Auth. Bona damnatorum & num. 30. ex de artic. 218. Const. Cr. Sed 18.
hoc ipsum simpliciter procedere posse vix dixerim: Posito enim,
interim tamen non concessio, d. Nov. 134. abrogare præter omnes
Leges anteriores, etiam ipsas Novellas antedaneas; casus
tamen adhuc dari possunt, in quibus Confiscatio bonorum di-
ctatur. Adduco primo loco *Auth. Gazaros. C. de Heret. & Ma-
nich.* ubi Hæreticorum bona confiscantur, ut propterea filii ad
eorum successionem adspirare non possint. Deinde adduco
Auth. Navigia C. de Furt. ubi in eos pœna confiscationis bono-
rum statuitur, qui bona naufragorum occupant. Hæ duæ Con-
stitutiones non possunt dici abrogatæ per *Auth. Bona damnatorum*
cum illæ hâc longè posteriores sint. Hæc Justiniani est; illæ Fri-
derici Imperatoris, quem Secundum putat Dn. Richt. ad *Auth.*
Navigia de Furt. n. 31. Eadem ratione ad *d. Artic. 218. C.C.* re-
spondere possem, adducendo ex Jure Recessuum noviori textus,
in quibus Confiscatio bonorum obtineat. Sed limitat postea ipse 19.
Dn. Carpzov. n. 31. assertum suum, generalius ab initio quodam-
modo prolatum, & in damnatis ad ultimum supplicium bono-
rum Confiscationem, excepto Crimine Majestatis, tantummodo
cessare dicit, quod patet etiam ex n. 33. d. q. 135. Et

20. Et hæc in parte Dn. Carpzovii Sententiam arripio, facta tali datæ quæstionis decisione: Confiscatio bonorum hodie in damnatis ad ultimum supplicium, solo crimine Majestatis excepto, cessat, si cognati adsint; in aliis verò causis, ubi capitale non est supplicium, si hæc pœna

21. Confiscationis sit expressa, adhuc hodie obtinet. Hæc decisio, licet ex *d. Nov. 134.* non possit probari, fundari tamen videtur in *d. Artic. 218. C. C. verb. Oder sonst in andern Fällen/ so der Ubelthäter Leib und Gut nicht verwürcket* / per quæ verba intelligo delicta non capitalia, quod illa hic simul cum crimine Majestatis sint excepta, ita ut confiscatio obtinere in illis debeat, si nimirum aliàs eam irrogari fuerit Lege cautum; Secus verò in capitalibus, quæ indigitantur per verba: *vom Leben zum Tode gestraffet werden* / quod in illis tantummodo abrogata confiscatio; Sufficientissimè enim pœna exæquasse delictum videtur, si morte huic satisfactum, ut ita bonorum publicatio facilius possit remitti, quod tamen in Majestatis crimine ratione gaudet singulari Vid. *Regner. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 2. n. 95.* quam hic verba *d. Artic. 218.* paulo aliter explicet. Dn. Richt. *ad Auth. Navigia. C. de Furt. n. 32. Dn. Hahn. ad VVesenb. l. cit.*

22. Hisce jam fundamenti loco præsuppositis, liquet facillimè, quid dicendum de Dardanariorum pœna sit, quæ Jure Recessuum statuta, ubi in dictis locis, scilicet *Ordin. Pol. de Anno 1548. & Reform. Polit. de Anno 1577.* etiam Dardanariis dictatur pœna Confiscationis bonorum, *verb. dero Haab und Güther confisciret.* Ex quo textu expressè patet, Confiscationem (quia nimirum in crimine non capitali expressa) adhuc hodie obtinere. Pœna enim hæc ab ipso Carolo V. dictata, qui tamen etiam Autor est *Constit. Criminalis*, ut ita ipse D. Imp. Carolus V. testis omni exceptione major sit, non omnem cessare in Imperio Confiscationem. Repetita eadem pœna est à Rudolpho II. Imp. *Reform. Polit. de Anno 1577.* ut minus dubii subfit, eam pœnam optimo jure Propolis & Monopolis etiam hodie posse infligi.

23. Quando autem Propolæ bona confiscanda, non illa tantum, quæ acquisivit ac corrasit undiq; injustâ suâ ac Legibus omni-

nni-

mnibus damnata nundinatione, sed & reliqua bona, quæ aliunde Propola habuit, confiscanda, quod ex verbis **dero Haab und Güther** facile liquet, quæ generaliora sunt, quam ut de bonis illicito quæstu quæsitis tantummodo possint intelligi. Et quia bona non intelliguntur, nisi deducto ære alieno per *L. 39. §. 1. ff. de V. S.* ideoque hoc ipsum hic loci quoque obtinet, præsertim si Creditoribus anterior Hypotheca præ Fisco fuerit constituta *Dn. Carpzov. d. Q. 135. n. 42. Conf. Regner. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 12. num. 38.* qui ibidem, ut & in multis *nn. seqq.* fusissimè explicat, quænam bona in Confiscationem veniant, ut & *Perez. Comm. Cod. tit. de Bon. proscript. n. 4.* Additur porro in *d. Reform. Polit.* cui applicanda veniant bona illa Propolæ per Confiscationem adempta; deciditurque ibidem, quod Magistratui, merum imperium seu criminalem Jurisdictionem habenti, **so peinliche Strafe des Endes hat** sint applicanda *Conf. Sixtin. de Regal. d. c. 12. n. 4.* Si autem bona ipsius sub diversorum forte Judicum territorio sita, (sint tamen sub eodem Principe necessum est,) tunc inter mobilia & immobilia facienda distinctio est, ita, ut illa cedant judici Domicilii; Immobilia verò judici Loci, ubi sita sunt: quamquam illud ipsum ex cujusque loci usu ac observantiâ melius possit determinari. *Wissenb. Vol. 2. Disp. 37. th. 26.*

Jungitur autem in *d. Reform. Polit. t. 18.* Confiscationi bonorum etiam Relegatio, **verb. Er soll bey Verlehrung seiner Haab und Güther / und Verweisung des Landes / unnachlässig gestraffet werden.** Quæ ipsa tamen pœna pro delicti circumstantiis temperari debet, ita ut nec semper confiscatio, nec Relegatio semper, multò minus perpetua dictetur. Placet quidem non paucis hæc sententia; quando Relegationi nullum est adjectum tempus, eam intelligi debere decennem per *L. 22. ff. de Pæn.* Procedet tamen id ipsum ita, nisi ex circumstantiâ criminis appareat, eam debere esse perpetuam, quod patet ex *L. 10. C. de Pæn.* Tutius ergò in nostro etiam crimine Propolii, determinatio temporis judicis committitur arbitrío, qui pro admitti gravitate, quod temporis spatium relegationi dandum, facile videbit.

Modum accusandi quod attinet, confirmatur hic ille, qui etiam Pandectarum Jure observabatur; Admittuntur enim per

d. Re-

d. Reform. Polit. personæ inhabiles, de quo cap. præced. in fin. Præ-
30. terea etiam portio bonorum, quarta nimirum, delinquentis, ad-
judicatur ipsi accusatori §. und nach dem Vermöge. Et quod
mirandum, si accusator ipse hujus criminis reus sit, quia tamen
alterius manifestavit nequitiam, ipse delicti consequitur veni-
am, partem tamen bonorum accusati haud accipit, per §. und ob
ein solcher. Simile exemplum in Jure Civili reperitur in *L. Un.*
§. 2. ff. ad *L. Jul. amb.* Ubi si quis condemnatus ob crimen am-
bitus, ac ea propter infamatus arg. *L. 7. ff. de Publ. Jud.* potest ille
famam recipere, si alium ejusdem criminis reum convicerit. Ali-
ud exemplum in *L. 13. ff. de Custod. & exhibit. reor.*

31. Ultimo loco etiam pœna Propolii capitalis esse potest, pro
circumstantiâ scilicet delicti, si nimirum diu & ingenti cum ci-
vitatibus periculo flagellata sit annona, ut propter Caristiam ho-
minibus quibusdam ære destitutis fuerit pereundum, per *Constit.*
Crim. Artic. 113. Wissenb. P. 2. *Disp. 36. th. 15.* Anton. Matthæi ad
Lib. 48. ff. tit. 9. cap. 2. num. 2. de quâ pœnâ infra cap. fin. pluribus
differendi se exhibebit occasio.

32. Hæ ergo pœnæ Propolii sunt, quæ Juribus imperii sunt
expressæ, quæ etiam regulariter obtinent. Accedunt his pecu-
liares locorum Consuetudines ac statuta. Apud Mechlinienses
Dardanarii ignomionissime tractantur, & insuper perpetuo affi-
ciuntur exilio, uti patet & *tit. 2. Artic. 27. Consuetud. Mechliniens.*
Die t Coren verdiert, salmen sleypen op een Horde vander o-
verste Poorte tot de Necker-Spoelsche Poorte, ende daer naer
bannen uyt der Stadt, ob syn Lyf, sonder Verdragh. Vid. Paul.

33. Christianæus ad *Consuetud. Mechliniens. d. Artic. 27.* In Electora-
tu Saxonie Dardanarii puniuntur confiscatione mercium, & præ-
terea viginti solidorum mulctâ quod patet ex *Ordinat. Provincial.*

34. *Augusti de Anno 1585. tit. von schädlichen Vorkäufern.* In Civita-
tibus quoq; Municipalibus, certa statuta pœna illis qui coëmunt
fructus tempore aliis ad emendum destinato. Moris enim ple-
risquæ ferè in locis est, aliquod signum sive vexillum publicè in
foro exponere, quod ipsum indicio est; Nemini licere, dum pu-
blicè prostat signum, frumenta coëmere, aliisq; qui ad neces-
sitatem illis indigent, præripere, sub certâ pœnâ, quæ cujusli-
bet loci vel statuto vel Consuetudine determinata.

CA-

CAPIT VII.

De

DARDANARIATU, QUI CIRCA STATE- RAS ET MENSURAS ADULTERINAS COMMITTUR.

ExPLICITUM haecenus nostræ Legis Principium est. Darda-
nariorum Genium quadantenus exhibui adumbratum. 1.
Pœnas in hos Juribus pariter ac Moribus tradidi frequen-
tatas. Quanquam interdum & extra oleas me exspatium
haud possim diffiteri: Materiei tamen id connexitas efflagitabat.
Ad tertiam jam Dardanariatûs speciem promovendus gressus est,
quæ ipsa sedem suam in §. 1. & 2. d. L. annonam habet, quo in lo-
co eorum coërcetur nequitia, qui circa pondera vel mensuras
quid injusti patnaverint. Hos autem Dardanarios esse tam ex
d. L. 6. quàm ex L. in Dardanarios 37. ff. de pœn. uti & ex supr. cap. 2.
adductis, sole clarius effulget.

Nec minor hos quàm illos, qui annonam fraudare siveve- 2.
re, comitatur turpîtudo: Animus enim decipiendi, qui vel solus
damnabilis est, in his elucet maximè. Nec haud raro hic fal-
lendi animus, in ipsum actum deducitur. Quid enim frequen-
tius in nundinis publicis, quàm ejusmodi ponderum ac mensura-
rum depravatio? Sic apud Cauponas & Myropolas grandis ille ac ne-
fandus ponderum ac mensurarum abusus sine fronte ac metu Legum, toto
die conspicitur. Venantur inde Propola questum suum, aliisq; mille si-
milibus technis & excogitatis modis Rempubl. opprimunt, & rerum omni-
um carissimam annonam per Magistratum somnoientiam inferunt, uti
conqueruntur Dn. Carpzov. Pr. Crim. P. 2. Q. 93. num. 79. Jodoc:
Damhouder. Pract. rer Crim. cap. 125. n. 5. Zieriz. ad Constit. Crim.
Artic. 113. Hinc etiam divino jure prohibitum severissimè hoc 3.
crimen est, & si quis falsis mensuris utatur, abominabilis eo ipso
Summo Numini redditur. Deuter. c. 25. vers. 13. Repetitur idem
toties alibi, ut Levit. c. 19. v. 35. seq. Proverb. 11. v. 1. cap. 16. vers. 11.
& cap. 20. vers. 10. Ezech. cap. 45. vers. 10. Amos. cap. 8. vers. 5. & 6.
Mich. cap. 6. vers. 11.

G

Prin-



4. Principis itaq; incumbet curæ atq; Sollicitudini, prospicere, ut unum idemq; ponderum genus, eademq; mensurarum quantitas in suo vigeat territorio. Eo ipso enim suus justitiæ commutativæ non tantummodo servatur vigor, quoad ipsos subditos, sed etiam quoad externos; cum hoc passu facilior pariter atq; æquior commerciorum expediendorum sit ratio, & Mercantibus anfa præscindatur decipiendi. *Matthias Stephani ad Novell. 128. n. 5. & 6.*
5. In jure Civili huic rei quæsitum remedium est: Certæ enim constitutæ personæ, quibus judicium de ponderum ac mensurarum proportione ac æqualitate erat concessum. Sic in *Novell. 128. cap. 15.* in specie Exactoribus tributorum usus falsorum ponderum interdicitur; Cui constitutioni, si contraverint, siquidem falsatio circa specierum pondera aut mensuras commissa, Præsidi Provinciæ hæc de re statuendi potestas committitur: Si verò circa metallorum, auri nimirum & argenti, pondera quid patratum; Comiti sacrarum largitionum judicium eà de re permittebatur. *d. Novell. 128. & L. fin. C. de susceptor. Tribut.*
6. *Stephani ad d. Novell. Perez. ad tit. C. de susceptor. n. 8. & 9; Petr. Gregor. Tholosan Syntagm Jur. lib. 36. cap. 1. n. 16.* Ob eandem quoq; rationem pondera & mensuræ æneæ vel lapideæ publico collocabantur loco, ut hoc modo fallaciæ, quæ circa mensuras committi solebant, faciliori negotio possint evitari, & si qua de justitia mensurarum oriatur controversia, ad illas, quæ publicè prostabant, possit recurri. per *L. Modios 9. C. de suscept. Excell. Dn. D. Brunnem. Comment. Cod. ad d. L. Modios.* Quod ipsum plurimis adhuc in locis rectissimè observatur, ubi Modii, tonnae, pondera, ulnæ & similia certum præstitutum habent modum, quorum exemplar signatur, & in publico asservatur, ad quod reliqua omnia conficiantur. *Dn. Mevius ad Jus Lübec. P. 4. tit. 12. Artic. 1. n. 22.* Idem etiam hic Francofurti quoad determinationem mensurarum observare est, Lapidæ enim mensuræ in curiâ asservantur, & si novæ conficiendæ sint, conferuntur eadem cum publicis à ministro publico, postea autem in unctione galli, quem Senatus hic in insigni gerit, notantur. Fuit porro etiam Romæ, certum corpus sive Collegium, quod mensurarum frumenti curam habuit, juxta annonam urbis, cui propterea vacatio

catio munerum erat concessa *L. ab his oneribus 10. §. 1. ff. de Vacat. Mun. L. Mensores 26. ff. de Excusat. L. 12. §. fin. ff. de Re Militar.* Et hi ipsi mensores debebant esse fideles, prudentes, optimè sibi conscii, uti describuntur in *L. 1. in f. C. de Condit. in publ. Horr*

Jure Recessuum Imperii hæc ipsa cura, quæ circa justitiam ponderum ac mensurarum versatur, demandata est ab Imp. Carolo V. Principibus ac Statibus Imperii, illisq; injunctum sub pœna duarum Marcarum auri puri, ut quilibet hâc de re in suo territorio peculiari sanctione ejusmodi falsarius eat obviam, quod ipsum in Comitibus Augustanis factum in *Reformat. Polit. de Anno 1548. tit. Von etlichen Articula / darinnen der Oberk. it Ordnung vorzunehmen befohlen wird / quod repetitum postea à Rudolpho II. Ordin. Polit. de Anno 1577 tit. 15.*

Colligere exinde facilè est, cui potestas statuendi de ponderum ac mensurarum justitiâ competat; Distingvendum enim inter ponderum ac mensurarum Constitutionem, & Reformationem. Constitutionem, sive jus præscribendi inferioribus certum mensurarum ponderumq; modum ac quantitatem, quam sequi teneantur, soli superiori territorialia jura habenti adscripserim; qui prout justum æquumq; ipsi videbitur, ac Commerciorum, subditorumque suorum utilitas efflagitaverit, determinare illam potest; & hoc casu præter obsequii gloriam subditis concedo parum. Si verò fortè eveniat, corruptiâ quibusdem ponderum atq; mensurarum quantitatem, eâ vel augmentibus vel minuentibus, pro animorum suorum avaritia ac *φιλαργεια* explenda, hoc passu etiam Magistratui inferiori jus reformandi pondera atq; mensuras concesserim: Id tamen non indistinctè, nec uti libuerit Magistratui inferiori; Sed ita, ut formam ac quantitatem ex Archetypo ipsius Principis desumere obstructus sit. arg. *L. Modios 9. C. de susceptor. Dn. Præses ad d. L. Modios & L. aurum. C. d. t. Knichen. de Jur. Territor. cap. 4. n. 384. Schepliz. ad Consuetud. March. P. 4. tit. 6. §. 1. num. 2. & 5. Cassp. Klock. de Contrib. cap. 1. n. 272. Petr. Gregor. Tholosan. d. lib. 36. cap. 1. n. 18. Godofred. ad L. pen. de fals. lit. 11. qui ibidem addit; Posse defendi; Subditis altam Jurisdictionem habentibus, ex longâ prescriptione in suo territorio suarum mensurarum quantitatem diver-*

Sam à Principali tueri licere: Illam autem augere vel minuere sine Principis Autoritate non posse.

14. Certus itaq; modus ponderum atq; mensurarum præscribendus à Principe, secundum quem deinceps inferior Magistratus eadem tenetur reformare. Ita hîc in Marchiâ constitutum à Joachimo II. Electore Anno 1550. daß in der Mittel-Marcß Berlinischer / in der Ucker-Marcß Prenzlowscher / in der Alten-Marcß Stendalischer / in der Prignitz Perlebergischer / und in dem Lande zu Ruppîn der Neu Ruppînische Schessel soll gånge seyn. An Erlen sol durch die gantzẽ Marcß die Berlinische gebraucht werden/ &c.
15. ubi in seqq. ponderum quoq; modus pro ratione rerum ponderandarum determinatur, quod refert Schepliz. d. tit. 6. §. 7. Et hoc modo Civico Magistratui conceditur, prospicere, ut hæc mensurarum à Principe determinata forma accuratè conservetur. Hinc etiam ipsis injungitur visitatio domuum, quæ singulis annis vel quoties necessitas efflagitaverit, non commune factis, sed insciis mercatoribus fieri debet, ut ita ponderum atq; mensurarum justitia atq; æqualitas conservetur; uti provisum saluberrimè in nostrâ Marchia, per *Revers. de Anno 1538. & 1602. Schepliz. d. t. 6. §. 4. & 5. num 2.* Sed optandum foret, ut ejusmodi saluberrima constitutio Div. Serenissimorum, in viridi esset observantiâ, fortè eâ ipsâ plurimis occurreretur vitiis, quæ per somnolentiam Magistratuum quorundam oppidanorum pedetentim irrepserunt. Sed manum de tabulâ.
16. Progrediendum jam ad species erit, & quot modis Dardanariatus circa pondera ac mensuras committatur, perspicendum. Dupliciter autem id potissimum fieri solet 1. Falsas mensuras vel pondera faciendo 2. Falsis mensuris vel ponderibus utendo, quanquam hæc haut rarò etiam conjunctim reperiantur.
17. De primo modo nulla dubitatio est, quin enormiter peccet, mensurarum quantitati addendo vel detrahendo; Impingit enim eò ipso in Legem superioris, in Charitatem proximi, imo & in ipsam naturæ Legem, quæ alterum alterius damno locupletari non permittit *L. nam hoc natura 14. ff. de Condict. indeb. L. 206. ff. de R. l.* Nec liber ille ab hoc crimine redditur, licet ipse iis non utatur; Dum enim ad usum aliorum ponderibus atq; mensuris detrahit, peccat

peccat ipse, & ad peccandum eo ipso invitat proximum. Ille ve- 18.
rò, qui juxta secundum modum ponderibus vel mensuris falsis ab
alio confectis utitur, non aliter hoc crimen incurrit, quam si
sciens hoc faciat, uti patet hoc ipsum ex *L. si quis 52. §. Majora 22.*
ff. de Furt. ubi ille, qui majora pondera commodavit, ut iis deci-
peretur tertius, furti tenetur. Tenetur & ille eodem crimine, qui
iis usus est, si modo sciverit. *Conf. L. 18. §. 3. ff. de dol. mal. Mar-*
tin. Cöler. de Aliment. lib. 1. cap. 17. n. 34.

Quod autem de scientia dictum, illud non obtinet semper, 19.
nam ea ubiq; non requiritur. Etenim si Myropola falsis ponde-
ribus utatur, & ejus criminis postea reus efficiatur, se autem vellet
excusare, quod nimirum pondera ab alio acceperit, & ita eorum
defectum ignoraverit, sanè non esset audiendus: De mensura-
rum enim suarum atq; ponderum æquitate ac iniquitate cogno-
scere prius debuisset, quam aliis secundum eorum quantitatem
merces venderet; cum paria sint in jure, scire & scire debere,
vel scire posse, per *L. quod te mihi 5. ff. de Reb. cred. Gloss. in L. Qui*
cum alio contrahit ff. de R. J. & eam allegans Damhouder. Prax. rer.
Crim. c. 125. num. 9. Inscitia itaq; in secundo genere ibi tantum-
modo meretur excusationem, ubi fortè pondera ad unicum tan-
tum commodata actum, nec propter penuriam temporis in eo-
rum inquirere justitiam licui; qualis casus forte est in *d. L. 52. §.*
22. ff. de Furt. Ut per consequens in eo, qui quotidie ponderibus
vel mensuris utitur, non possit præsumi inscitia, an nimirum ju-
stæ fuerint nec ne. Pari ratione posset & illum, qui commoda- 20.
tò dedit falsa pondera aliquando etiam inscitia excusare, si mo-
do non sit ejus conditionis homo, qui propter ponderum vel de-
fectum vel excessum redderetur suspectus E. G. qui quotidie pon-
deribus vel in Emptione vel venditione utitur; vel pondera fa-
cere solet, de quo *Damhoud. d. n. 9.* Huic enim de ponderum su-
orum quantitate constare certò debet. Alius verò, qui ponde-
ribus aliàs non utitur, si alii ea commutato dedisset, propter i-
gnorantiam posset excusari; cum in eo qui iis non utitur, nec
ptæcisa quantitatis eorum scientia requiratur.

Quæ verò jam dicta de crimine quod circa pondera com- 21.
mittitur, ita demum procedunt, si alter contrahentium in dolo

versetur alter non; V. G. si emptori ponderum injustitia lateat, venditor verò ejusdem conscius optime sit: si enim utrique cognitum vitium sit, hoc crimen non contrahitur, cum licitum contrahentibus sit, majori vel minori pondere scienter contractum quendam celebrare per L. 71. ff. de Contrab. Empt. & pacta dent Legem contractui L. 43. ff. de Pact. L. 1 §. 16. ff. de pos L. 52. d. V. O. L. 23. de R. I. Vid. Petr. Gregor. Tholosan. lib. 36. Syntagm. c. 1. num. 12. in fin. Alioquin si nominatum fuerit tantum mensuræ genus, ex more Regionis mensura & pondus sine imminutione vel incremento intelligi debent. Tholosan. d. l. n. 15.

22. Itaq; in specie ego requisiverim ad delicti hujus perfectionem, quæ aliàs ad falsum requirunt Dn. Carpzov. Pr. Crim. P. 2. Q. 93. n. 5. Perez. Comm. ad tit. C. de Fals. n. 2. Nimirum Mensurarum atq; ponderum immutationem, Dolum, & ut alteri nocumentum inde sive damnum contigerit. Quæ tria conjunctim requirit Dn. Carpz. d. l. n. 6. Sed sufficere putaverim, si conjungantur in eodem delicto, licet non in eadem personâ. Licet enim ille, qui mutavit mensuras, alteri illis non noceat, sufficit, si alter qui ab eo scienter accepit, proximo illis damnum inferat, & contra; Nam hoc casu uterq; hujus criminis reus censendus, per d. L. 52. §. 22. ff. de Furt.

44. Ultimò non prætermittendum hîc loci est, ad utentes falsis mensuris referendos ante omnia esse, qui diversis mensuris utuntur, justâ & injustâ; Justâ cum vendunt, injustâ cum emunt, vel contra; Interdum etiam utraq; injusta est; Majori in emendo, minori in vendendo utuntur: Et hi eo ipso committunt furtum arg. d. L. 52. §. 22. ff. de Furt. Idem etiam dispositum reperitur de Jure Lübecensi: Wer mit zweyerley Maasß Gewicht oder dergleichen betoffen wird / mit einem Kleinen / darmit er außmisset / und mit einem grossen / darmit er ihm zumisset / den soll man richten wie einen Dieb, Vid. Dn. Mevius ad Jus Lübec. P. 4. tit. 12. Artic. 1. num 18.

CA-

CAPUT VIII.

De

DARDANARIORUM CIRCA PONDERA AC MENSURAS DELINQUENTI- UM POENA.

Justiniano jure infrequens haud esse, crimen aliquod diversis
Legibus vindicari, supra *cap. 5.* dedi probatum. Idem hinc lo-
ci observare est: Modo enim extraordinariè ponderum fal-
sarii, modo ordinariè puniuntur, *Tiber. Decian. Tr. Crim. lib. 7. c.*
22. n. 39. Extraordinaria criminis hujus cognitio fundata in *L.*
in Dardanar. 37. ff. de Pœn. ubi Dardanariorum circa falsum men-
surarum modum commissum delictum, ob utilitatem popularis
annonæ pro modo admissi extra ordinem vindicari dicitur. Re-
petenda ergo hinc sunt, quæ de extraordinario delicto, & arbitrio
judicis tali casu rectè conformando, superius *cap. 5.* in medium
prolata sunt. Vagum enim & hoc quodammodo crimen est,
nec semper sibi certos præfixos habet limites, ut ea propter re-
ctissimè arbitrio judicis juxta Leges conformato pro modo ad-
missi vindicandum relinquatur. Exinde quoq; minus admirati-
onis subest, quare Jcti in Pandectas relati, diversis diversarum
Legum pœnis, illud, quod nominatum antea est, delictum volu-
erint subicere. *Conf. Dn. Carpzov. Pr. Crim. P. 2. Q. 93. n. 20.*

Videndum autem jam est, quid in nostrâ *L. annonam §. 1.*
2. hoc de crimine dispositum reperiatur. Et quidem in *d. §. 1.*
dicitur; D. Trajanum Edictum proposuisse, eoquè Edicto pœ-
nam Legis Cornelix in utentem stateris adulterinis statuisset,
perinde ac si Lege Testamentariâ damnatus esset. Hinc Lex Te-
stamentaria eadem est quæ Lex Cornelia, lata à Luc. Cornel Syl-
lâ *L. 2. §. 32. ff. de O. I.* Nam hæc Lex principaliter de Testa-
mentis falso conscriptis, suppressis, resignatis, recitatis, subje-
ctis dolo malo, lata, de quo in *L. 2. ff. ad L. Cornel. de Fals.* Hinc
etiam ille titulus à Paulo *5. Sentent. 25. ad L. Corneliam testamen-*
tariam inscribitur, notante Godofredo *ad Rubric. ff. d. t. lit. b.*
Vocatur etiam expressè Lex testamentaria *§. 7. Instit. de Publ. Jud.*

L. 30.

3. *L. 30. pr. ff. ad L. Cornel. de Fals.* Postea autem hæc Lex Jctorum interpretationibus, Senatus consultis, & Impp. Rescriptis ad alia falsitatis genera extra testamenta commissa, est extensa *L. 16. pr. & §. 1. ff. de fals.* Zoëf. *Comment. ff. d. t. n. 2.* Wissenb. *P. 2. Dissput. 36. thes. 8.* Ludwell. *Comment. ad §. 7. Inst. de Publ. Jud. n. 1.* Divi Trajani itaq; Rescripto etiam crimen adulterinarum Staterarum ad L. Corneliam relatum est, ut ita hoc crimen etiam ejusdem Legis pœnæ subjectum esse censendum sit. Idem de falsis mensuris hoc loco judicandum, cum in jure Civili ponderum atq; mensurarum falsatio pro eodem crimine reputetur, ut ita ad utrumq; spectet decisiō *L. Hodie pen. §. 1. ff. de fals.*

4. Quoniam itaq; ad falsum relatum hoc crimen est, videntum, quâ nam pœna Lex Cornelia contravenientes coerceat. Est autem illa in Liberis deportatio & omnium bonorum publicatio; In Servis ultimum supplicium *§. 7. Instit. de Publ. judic. l. 1. §. fin. ff. ad L. Cornel. de fals.* Dn. Carpzov. *Pr. Cr. P. 2. Q. 93. n. 16.* Ast, quoniam Falsi species aliæ aliis atrociores sunt, ita etiam pœna modò gravior modò remissior, quæ uterumque etiam ad rogum usque extenditur per *L. 2. C. de fals. mon. Perez. ad d. t. C. n. 2.* Ludwell. *ad d. §. 7. Inst. de Publ. jud. Zoëf. ad d. t. ff. de fals. num. 12.* itaq; melius cuilibet crimini specialis pœna applicatur.

5. Nostri ergo criminis pœnam quod attinet, exprimitur ea in *§. 1. & 2. d. l. annonam & in l. pen. §. 1. ff. ad L. Corn. de fals. &*

6. condemnatur delinquens ad præstationem dupli, & potest etiam Relegatione plecti. Per duplum autem intelligitur præcisè duplum ejus damni, quod ita dederit. Dn. Mevius *ad Jus Lübec. P. 4. tit. 12. artic. 1. n. 9.* Menoch. *A. I. Q. lib. 2. cas. 217.* Ludov. Molina *de l. & l. Tract. 2. Dissp. 701. n. 10.* Huic tamen duplo simplum inesse verior sententia est, si nimirum ex L. Cornelia agat; Aliud enim forsitan dicendum, si aliquis ex *L. 52. §. 22. ff. de Furt. acti-*

7. onem furti intentare mallet.

Sed quid, si actor aliunde consecutus simplum sit, actione videlicet empti, qualis casus in *L. si quis 32. ff. de Action. empt. an* adhuc agere ex L. Cornelia possit? Et putarem, quod sic; ita tamen ut simplum, quod actione Empti consecutus erat actor, deducatur in actione ex L. Cornelia ad duplum. Altera enim actio pœnalis est, altera rei persecutoria, quarum neutra per alteram

ram

ram tollitur, arg. L. 7. §. 1. ff. de Condi. Furtiv. L. 34. §. 2. ff. de O. & A. non obstante L. 71. pr. ff. de Furt. quia ibi actio pro conditione accipienda, uti monet Nobiliss. & Excellentiss. Dn. D. Rhetius Patronus atq; Preceptor meus maximopere suspiciendus, in not. ad Wesenb. Paratit. tit. de privat. delict. n. 4. verb: & civiliter ad id quod interest. Conf. Dn. Struv. Exerc. 46. th. 97. Willenb. Disp. 36. Vol. 2. th. 11. Zoëf. ad ff. de O. & A. n. 83. Et hâc ratione furem etiam ad mortem damnatum, nihilominus ad restitutionem rei furtivæ teneri asserit Bernh. Zieriz. not. ad Const. Crim. Artic. 219.

Pœnam Relegationis quod concernit indeterminatè illa 8.
in d. L. annonam & d. L. pen. ff. de Falsis est posita, ideoque quia
arbitrarium hoc crimen est, Principis vel judicis, mero imperio
gaudentis, arbitrio temporis committenda determinatio, Moli-
na de I. & I. Tract. 2. Disp. 701. n. 10. Illud etiam addendum hic, 9.
quoad pœnas civiles; Moris fuisse, ut nimirum eo magis hoc
crimen detestarentur Cives, ejusmodi iniquas mensuras frangere
publicè; cujus rei vestigia adsunt in L. 13. §. si quis mensuras ff. Lo-
cati, & hanc fractionem debere fieri ante januam ejus, qui illis
est usus, tradit Molin. d. l. n. 10. Schepliz. ad Consuet. March. P.
4. tit. 6. §. 1. n. 3. Quibusdam quoq; in locis palis publicis, aliisq;
locis infamibus appendere injusta pondera siveverunt, teste Dn.
Mev. ad J. Lübec. d. tit. 12. artic. 1. n. 15.

De Jure Canonico, etiam in hos statuta pœna; qui ju- 10.
stas mensuras & justa pondera lucri causa mutare præsumpse-
rint, & coguntur hi ipsi per triginta dies in pane & aqua pœnite-
re, per c. ut mensurae 2 X. de Empt. & vendit. Damhouder. Prax. Cr.
d. c. 25. n. 6. Cöler. de aliment. lib. 1. cap. 17. n. 34. si vero pœniten-
tiam agere nolit, potest excommunicari, Abbas ad d. c. ut mensurae 2.
& eum citans Schneidew. Comm. ad §. fin. Inst. de Empt. n. 14. Hæc
ipsa tamen pœna jejunii 30. dierum, à sacerdote vel extendi vel 11.
diminui pro modo admissi potest, cum pœnitentiæ hodie ferè o-
mnes sint arbitrariæ, per c. 36. Dist. 50. c. 5. Dist. 90. c. 2. ca 26. Q.
7. c. Mensuram 86. de Pœnitentiâ Dist. 1. Menoch. A. J. Q. lib. 2. cas.
317. n. 4. Tholosan. Syntagm. lib. 36. c. 1. n. 11. Quando autem
arbitrium illud circa modi determinationem in pœnitentiâ Sa-

H

cer-

cerdoti sit concedendum, & quo casu illud cesset, de eo latius differit Menoch. *id lib 2. cas. 391. per tot.*

12.

De jure Carolino quid in nostro, quod circa pondera ac mensuras committitur, crimine obtineat, videndum. Agitur autem hinc de re in *Constit. Crim. Artic. 113.* ubi, si quis dolo malo, pondera, bilances, mensuras &c. corruperit aut adulteraverit, easque pro justis ac probatis publice venumdare non fuerit veritus, vel in exilium mittitur, vel pro falsi magnitudine non tantum pœnæ corporali, fustigationi nimirum, subjicitur; sed etiam pro falso iterato & magno, si evidens appareat dolus, ultimo supplicio affici potest Zieriz. *ad C. Crim. d. Artic. 113. Georg. Rem. Nemes Karulin. d. Artic.* Ex his dilucidè satis, quàmnam transgressores afficiendi pœnâ, patescit. Quoniam autem variat delictum pro circumstantiarum ratione, ut ea propter modo

13.

gravius modo levius in id veniat animadvertendum; Variæ quoque pœnæ, graviores scilicet & leviores à Carolo V. in *d. Artic. 113.* constitutæ. Et quanquam *d. Artic.* de illis tantum videatur loqui, qui & falsant usuras, & illis pro justis utuntur, *der die Wage fâlschet/und die für gerecht gebrâuchet* in sensu conjuncto: Attamen illud in sensu quoque disjuncto accipi, & ad eos quoque casus optimâ ratione extendi potest, ubi quis tantummodo falsavit, ut alteri eo ipso deceptionis instrumentum præberetur; Vel ubi quis falsis mensuris alium decepit, quas quidem ipse non falsârat, conscius tamen optimè ipsius falsationis fuit. Eadem etenim hinc ratio Legis subest, quæ salus Reipub. Mercatum integritas, & annonæ ubertas, ut ea propter eadem quoque Legis dispositio jure merito obtineat, *per alleg. à Barbos.*

14.

locupl. in Thesaur. lib. 10. cap. 10. axiom. 30. Pœna autem triplex huic delicto per *d. Artic. 113.* præcipuè imponitur 1. Relegatio, 2. Fustigatio, 3. Etiam quandoque ultimum supplicium. Omnes hæ pœnæ pro modo admissi applicandæ. Relegationis determinatio committitur judici.

15.

Fustigationem autem quod attinet, ea tunc imponenda utentibus adulterinis Stateris, si notabile exinde proximo sit datum nocumentum; Dicitur autem Fustigatio Germanis *der Staupenschlag* qui pœnæ modus non nudiùs tertius tantum inventus,

ventus,

ventus, sed à multis retrò seculis in usu fuit, Zieriz, *not. ad Artic.* 16.
104. *Const. Crim.* Mentio enim ejusdem in jure divino fit, *Deut.*
cap. 25. v. 2. & 3. ubi Moyses vetuit quadragesimum flagellatio-
nis ictum excedere. Ad quod præceptum Moysis forsitan re-
spexere Judæi, dum in flagellatione D. Pauli numerum illum ex-
cedere noluerunt, uti ipse de se testatur Apostolus *2. Corinth. 11.*
vers. 24. se quinquies à Judæis accepisse undequadraginta ictus.
In jure Civili quoq; sæpius hujus pœnæ meminere Jcti, *ut in L.* 17.
jectus fustium 22. ff. de his qui not. infam. L. 7. ff. de pœn. L. 10. & L. 28.
§. 2. ff. eod. L. fin. ff. de injur. & alibi passim. Differentia tamen e-
rat eodem jure inter ictum fustium & flagellationem; Fustiga-
tio enim in modicâ coërcitione ponebatur, Flagellatio in atrocis-
sima & servili *L. 7. §. 2. ff. de injur. d. L. 10. pr. ff. de pœn. Conf. Go-*
dofred. in not. ad L. 7. ff. de pœn. lit. b & c & ad L. 12. ff. de Jur.
Fisc. lit. Z.

Hodie hæc pœna in vulgus nota, & frequentior ejusdem 18.
usus est, ut etiam haud rarò profligatissimi reperiantur homines,
qui eam vel ter vel amplius in diversis perpeffi locis sint. Solet
autem nostris moribus fustigationi semper addi perpetua Rele-
gatio; imò hæc sub fustigationis pœna intelligenda, uti hæc de
re testatur *Dn. Carpzov, Pr. Crim. P. 3. Q. 129. n. 17.* qui ejusmodi
pœnam *in num. 20.* non pro duplici, sed simplici potius haben-
dam esse, ob rationes ibidem à se adductas, asserit. Porro etiam 19.
hæc ipsa pœna à Judice pro delicti circumstantiâ exasperari po-
test, nimirum quoad numerū ictuum, quem augere potest, eum-
què Carnifici præscribere, quem numerum hic excedere nequit.
In solo ergo ictuum numero fustigatio lenimen accipere potest,
cum aliàs ejusdem gradus propriè non dentur. *Dn. Carpzov. d.l.*
num. 22. Hisce præsuppositis colligitur; Etiam in hoc nostro 20.
crimine conjungi debere fustigationem cum perpetuâ Relegatio-
ne, judicemq; ex atrocitate delicti ictuum numerum determina-
re debere.

Tertia pœna, quæ hic Dardanariis circa pondera peccanti- 21.
bus imponitur est **Ultimum supplicium**, quòd facilè ex ulti-
mis *d. Art. 113.* verbis colligere est; **Undes möchte solcher Falsch als**
offt / größtlich und beschafftig geschehen / daß der Thäter zum Tode
H₂ gestraffes

- gestraffet werden soll/&c. Ex quibus verbis tria præprimis iudicii in irrogatione ultimi supplicii quoad hoc delictum observanda, colliguntur I. Iteratio, ex verb: *Dfft.* Sicuti enim vita antea bene acta pœnam interdum minuere solet L. 3. §. 12. & L. 5. pr. & §. 6. ff. de Re militar. Wesenb. Paratitl. tit. de pœn. inf. Dn. Carpzov. Pr. Crim. P. 3. Q. 120. num. 7. seq. ita quoque ejusdem delicti iteratio pœnæ interdum exasperationem meretur per L. Capitalium 28. §. 3. ff. de pœn. Wesenb. d. l. num. 8. Sic iteratio furti gravius punitur, & quando tertiâ vice furtum commisit, tunc à Carolo V. vocatur *Ein mehrer verläumbder Dieb / und wird einem Vorgeswältiger gleich geachtet / Constit. Crim. Artic. 142.*
22. Tertiâ autem vicè ad minimum hoc delictum patratum esse, videtur recta ratio insinuare, & colligi id quodammodo potest ex d. *Articul. 142 C. C.* Nam qui tertiâ vice deliquit, ex consuetudine deliquisse videtur per L. Nemo 3. inf. C. de Episcop. audient. ubi minora delicta, nisi semel commissa, veniam non habere dicuntur, & quia ex aliquibus actibus infertur consuetudo, ideoquè gravius puniuntur. *Nobiliss. Dn. D. Brunnem. Comment. Cod. ad d. L. Nemo.* in tantum quidem, ut delictum, quod per se meretur solam pœnam pecuniariam, sæpius commissum, ultimo supplicio puniri possit, uti ex multis Dd asserit Dn. Carpzov. Pr. Crim. P. 1. *Quest. 43. num. 62. Zieriz. ad Artic. 162. Const. Crim. in fin.*
23. 2. Commisssi gravitas, quæ indigitatur voce *Größlich*; nō enim in quovis minimo delicto perveniendum ad effusionem humani sanguinis est, sed circumstantiæ ponderandæ optimè sunt. *Damhouder. Pr. Crim. c. 107. num. 5.* Criminis atrocitas atq; gravitas accedere debent; Hinc si in magni pretii mercimoniis falsum circa pondera sit commissum, & quidem iteratò, optimâ sanè ratione, & præcipuè si spes emendationis deficiat, iudex ad mortis usque pœnam progredietur; Eadem hic prohibitio, eadem prohibitionis ratio, quæ in furto militat, ut per consequens idem in utroq; debere obtinere indubii juris sit. Hinc etiam quantitatem commissæ falsationis ad minimum quinque solidos qualibet vice excedere debere putaverim, *arg. Artic. 160. Const.*
24. 25.

Const. Crim. Et quamvis in furto aliquis, licet primâ vice illud 25.
tantummodo commiserit, suspendii pœnâ affici possit, *d. Artic.*
160. Illud tamen non nisi gravissimis concurrentibus circumstan-
tiis delictumq; aggravantibus procedit. *d. Artic.* si nimirum ef-
fractio, ruptura, ascensio, armorum gestatio & similia accedant.
Quoniam autem in falsatione ponderum & mensurarum ejus-
modi delictum aggravantes circumstantiæ vix dari possunt, con-
junctim existimaverim accipienda verba esse *d. Artic. 113. offe*
größlich / ut ita iteratio, & falsationis enormitas simul in hoc
delicto requiri videantur. Restringenda enim pœnalia sunt, &
quantum fieri potest abstinendum Judici à pœnâ sanguinis,
præsertim si humano jure dicta illa; Secus enim in pœna divi-
no jure statuta, ubi ad ultimum supplicium pronior esse debe-
bat iudex.

3. Requiritur ad delictum fraudatorum ponderum **Do.** 26.
Ius voc. Boshaftig. Ubi enim dolus abest, ibi nec delictum,
pœna dignum, L. 7. §. 4. ff. de *Jurisd.* L. 23. §. 2. ff. de *Ædific. edict.*
imò ingenere ad omne falsum dolus requiritur, aliàs enim falsi
pœna locum vix haberet L. *Nec exemplum* 20. C. de *Fals.* itaque
etiam in hoc delictò, & præcipue si ultimum veniat infligendum
supplicium, dolus quàm maximè attendi debet.

Dicta ergò requisita, iteratio nimirum, commissi gravitas 27.
& dolus si conjunctim in aliquâ personâ reperiantur, salvâ con-
scientiâ poterit Iudex juxta normam ac Regulam à Carolo V. in
d. Artic. 113. præscriptam, pœnam capitis delinquenti dictare;
Quam pœnam in specie de gladii pœna intelligit *Matth. Stepha-*
ni Comm. ad d. Artic. 113. Verius tamen, ob vicinitatem quam
hoc delictum cum furto habet, suspendii pœnam hic obtinere
putaverim. Hoc etiam adhuc ultimo loco observandum judi- 28.
ci est ex *d. Artic.* ne quid proprio motu absq; Consilio Facultatis
cujusdam Juridicæ determinet: Ibi enim si quid circa irrogatio-
nem pœnæ restet dubii, informationem petere potest, quo ipso
Securior ipse redditur in conscientiâ; modo ille præviâ inquisi-
tione in delictum accuratissimâ, & deligenti eorum quæ acta &
probata erant, adnotatione, dextrè omnia ad Facultatem, cujus
efflagitat consilium, retulerit.

H 3

Ex

Ex dictis colligitur, arbitrariam adhuc hodie pœnam esse falsantium pondera atq; mensuras, sicuti dispositum erat in L. 37. ff. de pœn. Quamvis enim de Jure Carolino certæ in istud delictum statutæ pœnæ sint, applicatio tamen pœnarum pro modo admitti relicta judicis arbitrio est, qui ponderatis delicti circumstantiis, vel Relegatione, vel fustigatione, vel etiam ultimo supplicio illud expiabit; Imo interdum, & sæpissime quidem mitior ipsa Relegatione admittitur pœna, si in re minima illa læsio in ponderibus commissa versetur, quæ omnia relinquenda boni viri dispositioni *Conf. Dn. Carpzov. Pract. Crim. P. 2. Q. 93. num. 80. Dn. Mevius ad Jus Lübec. P. 4. tit. 12. Artic. 1. n. 8. Cöler. de Aliment. lib. 1. c. 17. n. 34.*

30. Sed anne etiam arbitraria pœna ad mortem usq; extendi possit, hic haud incongruè quæritur? Quæ quæstio difficultate non caret, & acriter à Dd. agitata, ut propterea à quibusdam Imperatoria efflagitata decisio, notante *Anton Matthæi in Prolegom. Crimin. cap. 4. num. 11. pr.* Tentandum tamen annon sequenti distinctione conciliari quodammodo dissentientes possint, si scilicet distingvatur inter atrociora & leviora crimina; Leviora autem voco illa, quæ admitta tanta non sunt, ut ad mortis pœnam perveniri in iis possit, quod ipsum ex circumstantiis dijudicari facilius, quàm describi potest. Atrociora illa dico, quæ propter concurrentiam circumstantiarum adeo aggravantur, ut quædam proportio inter illa & hominis vitam exinde emergat; quæ ipsa proportio inter delictum & pœnam non semper ex se, sed interdum etiam ex utilitate Reipubl. dijudicari debet. In his ergo, atrocioribus nimirum, ad mortem etiam
31. extendi potest; In illis non ita? Hæc ipsa decisio textibus innititur quamplurimis: Sic pro atrocioribus adduco L. 9 ff. de *Extraord. Crim.* ubi scopelismus inter extraordinaria crimina recensetur, quia tamen circumstantiæ hujus delicti illud aggravant maximopere, rectè judici in hoc arbitrario crimine potestas ultimum inferendi supplicium conceditur. Probari idem potest ex L. fin. ff. ad L. *Jul. repetund.* ubi animadversio in Crimen repetundarum hodie extraordinaria esse dicitur; nihilominus
 si con-

si concurrant ejusmodi circumstantiæ, quæ exasperent valde at-
que aggravent hoc delictum, ut si hominis necandi causâ pe-
cuniam acceperit quispiam, pœna etiam capitis locum habet.
Idem colligitur ex L. 1. §. fin. ff. de Extraord. Crimin. L. Sacrilegii 6.
pr ff. ad L. Jul. pecul. L. 1. C. de his qui Latron. Const. Crimin. d. Artic.
113. Quod verò in Levioribus ad pœnam mortis non possit per- 33.
venire Judex, probò ex L. 1. §. fin. ff. de Effractor. ubi in effracto-
ribus plebejis pœna operis publici, in honestioribus verò pœna
Relegationis non est excedenda. Hoc enim crimen regulariter
tantum non est, quod morte possit puniri; nisi tamen etiam cir-
cumstantiæ accedant, quæ hoc ipsum, quod nominavi exaspe-
rent delictum, quo tamen casu non ad Leviora, sed ad atrocio-
ra delicta retulerim ego, & sic quoq; capitis imponi pœna po-
test, per L. 11. pr. ff. ad L. Jul. de vi publ. ubi effractores, quia in
turbâ fecerunt, & cum armis, ultimo afficiuntur supplicio. Idem
quod de Levioribus delictis dicebatur, probari quoq; potest ex
L. 3. §. 2. ff. de Crimin. Stellionat. Patet ergo exinde, quod quan- 34.
do circumstantiæ delictum aggravare & mortis pœnâ dignum
efficere possunt, rectè pœna quoq; mortis irrogari possit, pro-
pter proportionem illam quæ inter pœnam ac delictum requiri-
tur. Vid. Dn. Struv. Exerc. ad ff. 48. thes. 74. Anton. Matthæi d. n.
11. Joh. Jac. Wissenbach. P. 2. Disp. 31. th. 3. Zoël. Comment. ad ff.
tit. de pœn. n. 17. Matth. Berlich. P. 4. Conclus. 36. num. 19. seq. Ro-
bert. Marant Disput. legal. 10. per tot. Treutl. Vol. 2. Disp. 32. th. 8.
& ibi Bachov. lit. i & k. Wesenb. Paratitl. ff. de A. R. D. n. 7. in fin.
Jodoc. Damhouder. Prax. rer. Crim. c. 107. n. 5.

Et hâc ratione non dissentit Dn. Carpzov. Pract. Crim. P. 3. 35.
Q. 133. num. 19. seqq. qui distingvit in num. 24. An mortis pœna in
Legibus sit expressa, ac judicis arbitrio commissum, num mortis
pœnam aliamve minorem delinquenti indicere velit, quod tunc
ad mortem usq; possit extendere arbitrium; Si verò illa Mortis
pœna in Lege non sit expressa, quod tunc non possit. Tutius
quidem priori casu procedet Judex; Sed an illud, quod de pœnâ
mortis Legibus expressa dicit Dn. Carpzov. ad textus supra alle-
gatos possit applicari, equidem dubitaverim; præsertim si origi-
nem juris introspeciam, ubi quænam inter Responsa prudentum
&

& Leges ipsas differentia sit, facile constabit. Quando itaque E. G. in L. 9. ff. de Extraord. Crim. dicitur; Scopelismi poenam ad mortem usq; extendi posse, sanè ibi poena illa non certà Lege constituta est, sed refertur tantummodo à Jctis, quomodo punitum olim hoc crimen fuerit arbitrio judicum, qui hoc de crimine Legem nullam habuere. Idem judicium esto de aliis Pandectarum textibus. Conf. Willenb. d. Disp. 31. thes. 2. Anton. Matthæi in Crimin. Prolegom. c. 4. n. 10. & quæ dicta Supr. cap. 5. Illis tamen textibus applicari Dn. Carpzovii sententia posset, ubi ejusmodi poena tanquam in certà Lege statuta, uti est L. 1. C. de his qui latron. & in Const. Crim. Artic. 113. & alibi passim, quæ ipsæ Leges Imperatoriæ Majestati originem debent. Quod autem tradit Dn. Carpzov. num. 25. seqq. de delictis levioribus intellexerim, quod ibi potius benignior facienda interpretatio: Nam aliàs etiam delictum, cui tamen poena capitis in Lege non dictata, maximis circumstantiis posset aggravari, ut atrocissimum evadat delictum, quòd aliàs tale non erat; hoc casu utiq; poena capitis infligenda foret, uti ipse in atrocioribus ejusmodi concedit poenam hanc ultimi supplicii in n. 21. & 22.

36.

Idem de Sententia Jacob. Menoch. lib. 1. A. 1. Q. quest. 86. dicendum, qui ibid. num. 1. hanc thesin ponit; Quod Judex in dubio & regulariter non possit poenam mortis dictare illi delicto, cui à jure communi vel Statuto, poena mortis non est indicta, quod ipsum quam plurimis ibi corroborat auctoritatibus. Hanc ipsam tamen thesin de levioribus tantummodo delictis accipiendam esse, subsequentes fallentiæ à Menoch. loc. citat. adjectæ sufficienter satis demonstrant, & id ipsum ex n. 20. d. q. 86. præcipuè elucescit, ubi datam thesin non procedere asserit, quando delictum esset atrox, sed tunc judicem posse poenam mortis arbitrari & indicere, quod textibus ex Jure desumptis probat in num. 21, 22, 23, 24, & 25. Tantum itaq; abest Menochium contrariari datæ distinctioni, ut potius illam ipsam validissimis corroboret argumentis. Idem judicandum de sententiâ Johann. Schneidew. Comment. ad S. sunt præterea Instit. de Publ. Jud. n. 4. & Paul. Christianæi ad Consuetud. Mechliniens. tit. 1. Artic. 54. num. 3. Concludo itaq; ex præcedentibus: Judicem in irrogatione poenarum, si delictum cir-

37.

cum-

cumstantiis pœnam mortis merentibus sit circumvallatum, etiam si Lex pœnam capitalem non imposuerit, eam tamen dictare posse.

Explicatis itaq; pœnis, quæ Dardanario circa pondera atque mensuras delinquenti Jure Civili, Canonico, & Carolino infliguntur, brevissimo adhuc linearum ductu, quid moribus quorundam obtineat, videndum. SAXONES quod attinet, distinguunt ibi *Chilian. König in fin. Process. sub tit. de pœn. Wefenb. Paratitl. ff. de fals. n. 9. & in supplem. ad Schneidew. Comment. Inst. tit. d. Emption. in f. & Cöler. de aliment. lib. 1. cap. 17. num. 34.* Inter eum qui fecit falsas mensuras, & eum qui illis tantummodo usus est; illius pœnam esse fustigationem, per *Artic. 13. LandRecht/ lib. 2. verb. zu Haut und Haar.* Quamvis Schneidew. loc. cit. per *Gloss. ad Weichbild* hæc verba non semper de fustigatione intelligat, sed etiam de eâ pœnâ, quando quis Furcæ alligatur, & ita publico ludibrio exponitur. Hujus verò qui ponderibus falsis tantummodo usus est, pœnam mitiorem esse volunt vel Relegationem, vel leviolem pro modo admitti. Hæc tamen distinctio non arridet *Dn. Carpzov. Pr. Crim. P. 2. Q. 93. num. 82.* quod verba Juris Saxonici generalia sint, ideoq; nec restringenda; subjungit ibidem, nec semper fustigationem locum habere, sed interdum etiam pœnam pecuniariam.

Hic in MARCHIA, quia regulariter Juris Civilis atque Imperialis Constitutiones observantur per *Revers. Electoral de Anno 1572 & tradita Schepliz. ad Consuetud. March. P. 2. tit. 1. §. 1.* utique pœna etiam Jure Carolino in falsarios ponderum statuta obtinebit. Præterea etiam merces ipsius Falsarii in commissum cadunt per *Revers. de Anno 1602. verb. Wo auch einer hlerüber mit falscher Maaß oder Gewicht betroffen/ soll seiner Waare verlustig seyn /* quod refert *Schepliz. d. Tract. P. 4. tit. 6. §. 3.* Apud MECHLINIENSES, qui falsis mensuris & iniquis ponderibus in distrahendis mercibus usus fuerit, pœnam truncandi pollicis, aut binas libras Brabanticas luet, nec tamen ita ab arbitrariâ judicis animadversione liberatur, *Paul. Christin. ad Consuetud. Mechliniens. tit. 2. Artic. 15.*

I

Coro-

41.

Coronidis loco hic adhuc notandum restat, per pœnam, quæ in ponderum falsarios vel Carolino jure, vel consuetudinario statuta reperitur, non esse derogatum illi conditioni, quæ ex Jure Civili parata est parti læsæ, ad repetendum, quod ob majora pondera & mensuras amplius mercis vel pretii datum est, aut ad petendum quod ob minora minus datum aut acceptum est per *L. arbitrium 18. §. 3. ff. de dol. mal.* Criminalis enim actio, quæ ex Jure Carolino conceditur, non tollit rei persecutoriam per *alleg. supr. h. cap. num. 7. Conf. Dn. Mev. ad Jus Lübec. P. 4. Tit. 12. Artic. 1. num. 17.*

42.

An autem pœna dupli videatur sublata per Constit. Crimin. in dubio magis est? Reperiuntur enim Dd. quidam, inter quos est Groenweg. in *Leg. abrogat. passim*, quem sequitur Wissenb. *Vol. 2. Disputat. 29. ad ff. th. 17.* qui hodie omnes ferè pœnas dupli & quadrupli ab usu fori recessisse, statuunt, inque eorum locum multas quasdam pecuniarias, aut extraordinarias coërcitiones successisse. Sed an hisce Dd. hoc passu adhibenda fides sit, non una dubitandi subest ratio; præsertim cum hi Dd. Belgæ fuerint, qui propterea de Germaniæ moribus infallibile testimonium perhibere nequiverunt; Et quamvis hæc pœna plurimis annis non fuerit frequentata, exinde tamen colligendum non est, illam ab usu fori plane recessisse, cum forsitan vel occasio ad agendum non fuerit, vel actori talem pœnam persequi non libuerit, vel, se posse ad hanc pœnam agere, ignoraverit. Quia itaque hæc dupli pœna non mutata, quare stare prohibeatur per *L. 27. C. de Testament.* Et ea propter pœnam dupli in falsis ponderibus & mensuris adhuc in usu esse, rectè asserit Dn. Mev. *d. Artic. 1. num. 17.* idem etiam de pœna dupli & quadrupli in furto statuit *Amplissim. Dn. Præses Quest. ad Wesenbec. tit. de Furt. quest. 34.*

43.

Si quis itaq; ad pœnam dupli egerit ob fraudem in ponderibus admissam, an finito hoc judicio etiam delinquentem Criminaliter accusare possit, de eo præcipuè movetur controversia? Dubitandi rationem suppeditat regula in vulgus etiam notissima; quod duæ pœnales actiones concurrentes una per
alte-


alteram tollatur. Hæc tamen non obstante arripiendam pu- 44.
taverim affirmantium sententiam, nimirum uno iudicio finito
posse actorem ad alterum progredi; quæ ipsa sententia fulci-
mentis ex jure desumptis non destituitur, probari enim potest
eadem ex *L. Un. C. quando Civil. act. Crimin. præjudic.* ubi hæc
constituitur regula: *Quoties de re familiari & Civilis & Crimina-
lis competit actio, utraq; licere experiri, nec interesse sive prius Crimina-
lis sive Civilis mota sit.* De hujus quidem Regulæ veritate ac ge-
neralitate inter Dd. anxie disputatur, sed ea ad hunc locum pro-
priè non pertinent, cum mihi sufficiat in specie demonstrasse,
actionem civilem ob falsa pondera, non tollere criminalem &
contra; quod ipsum non tantum ex dicta regulâ colligo, sed
etiam ex verbis finalibus *d. L. Unic.* ubi de falsi crimine post-
quam civiliter actum, etiam adhuc criminaliter agi posse, exem-
pli loco expressè subjicitur. Jam verò quod hoc crimen sub fal-
so contineatur clarum est ex *d. L. annonam §. 1. & d. L. pen. ff. de
fals.* Ut per consequens, postquam aliquis ob fraudem ad-
missam circa pondera Civiliter egit ad duplum ex *d. L. pen.* pos-
sit deinde ad pœnam publicam ex Jure Carolino illum accusare
arg. d. L. Un.

Rationem dubitandi, quæ proponebatur supra, quod 45.
attinet, procedet quidem illa, si pœnæ tendant ad idem, non
verò si ad diversum, uti hoc in casu. Civilis datur propter inter-
esse Actoris sive privatum; Criminalis datur propter interesse
publicum. Plura de concursu hoc actionum pœnaliaum dici 46.
possent, sed chartæ angustia telum abrumpere me cogit. Po-
terunt interea conferri *Excellent. Dn. D. Brunneman Commentar.
Cod. ad d. L. Un. quando civ. act. & ad illum tit. Perez. Dn. Carpz.
Pr. Crimin. P. 1. Quest. 39. num. 40. & 41. Dn. Struv. Exerc. ad ff.
46. thes. 95. Matthias Berlich. P. 4. Concl. 19. num. 20. seqq. Anton.
Matthæi de Crimin. ad Lib. 47. ff. t. 1. cap. 4. num. 3. & tit. 3. cap. 2.
num. 5. Zoëf. Comment. ad ff. tit. de O. & A. num. 83. & tit. de furt.
num. 28. Wesenb. Paratitl. tit. de Privat. delict. n. 4. ibidemq; Dn.
Hahn & Bachov. in not. Cujac. Observat. lib. 8. cap. 24. Petr. Gre-
gor. Tholosan. Syntagm. lib. 21. cap. 21. num. 2. Marant. in Specul.*

aur. P. 4. Dist. 1. n. 9. Bartol. ad L. interdum 4. de Publ. jud. & ad L. 2. §. Hoc edicto ff. Vi bonor. rapt. ubi fusissimè de eo disquirit.

Stat ergo littore puppis. Tu, Lector Cordate, illius Justiniani memor; in nullo aberrare divinæ utique solius non mortalis constantiæ esse, *L. Dedit nobis 3. C. de V. I. E.* si lapsus & ego alicubi sim, des hoc humanitati: Si illimatiore quædam videantur, des ingenii tenuitati. Etenim ad Lesbiam omnia examinare Regulam, & materiei intricatior indoles, & temporis penuria prohibuere. Veniam itaque si dederis, eâ ipsâ ad majora suppeditabis incitamentum. Tu vel Mome vel Mime Hesiodiano illo ΠΑΟΝ ΕΣΤΙ ΜΩΜΑΣΘΑΙ Η ΜΙΜΕΙΣΘΑΙ contentus abi. Tu verò ô Summe rerum Arbiter, qui Spiritum, pacem, ac vires ad hanc pertexendam telam largitus clementissimè es, in posterum quoquè conamina mea exoptatissimâ fine beare haud dedignare.

T. Θ. M. Δ.



Ad Nobilem & Doctissimum

Dominum STRYKIUM,

Amicum suum.

Dum doctè, STRYKI, quid sint delicta docebis,
*Monstrabis studium juris & Ingenium.
Perge viam ceptam, Te digna brabeja sequentur
Ac Labor impensus nullus inanis erit.*

Properante calamo scribeb:

Johannes Fridericus Rhetius, D.

p. t. Decanus.

Fru-

FRuges aggestas ratione Propola sagaci
 Excipit, exceptis alteriora petit:
 Inque moras differt, lucra ut, cum nulla colono
 Responsura seges, congeminata ferat.
 Ast hic crimen abusus habet: Laus summa Bonorum est,
 Judice justitiâ pluribus esse bono.
 Nimirum est, Homo, rerum Prima usura Jehovæ;
 Altera Concivi, Tertia danda Tibi.
 Usum ut ad omnigenum vergant cum foenore fruges,
 Illius hinc memor ac hujus & ejus eris.
 Hoc & STRYKENI reputas: Pravum ergo Propolæ
 Ingenium innatâ dexteritate notas.
 Cedat opus belle: Fruges bene perge fovere
 Ingenii, ac illis multiplicare lucrum.
 Hoc urgens, porro quod jam nunc sedulus urges,
 Astrææ fies sic gravioris honos.

*Ita ex animo volebat & gratulabatur
 Doctissimo Dn. STRYKIO*

JOHANNES BRUNNEMANN, D
 PRÆSES.

FAma quidem vulgi, quòd sit Prudentia Juris
 Injusta potius blanda patrona rei.
 At commenta rudis sint hæc quàm frivola plebis,
 Jure peritorum scripta polita docent.
 Lege quòd humani generis perversa subinde
 Juris abutatur mens utriusq;, nefas;
 Non Juri reputandum: ut non in sacra redundat
 Jura Dei vitium, si quis abusus iis.
 Corripit injustum tua dissertatio questum,
 STRYKE animi variis nobilitate bonis.

*Cætera sic pergas perstringere crimina, justis
Virtutes contra laudibus evehere:
Integer & doctus sic Jureperitus haberis,
Et jamjam patriæ commoda multa feres.*

In honorem Eximii Dn. Authoris, Amici
fui singulariter dilecti, eruditæ ipfi-
us Disputationi paucula hæc sub-
nectere voluit

Johannes Risselman, Hebr. Ling.
Prof. P. Ordinar.

Was du außbund meiner Lieben/
Hast bißher daheim getrieben/
Und bis in die späte Nacht
Fleißig hin und her betracht't/
Läßt du izt mit sondern Ehren
Und Verwunderung uns hören.
Wittenberg wird zeugen können/
Wie so eyffrig du zu rennen
Dich bemüht die Tugend-Bahn:
Francckfurt wird izt kund gethan/
Was dein Kunst-erfahrnes Sinnen/
Rühmlich kan und wil beginnen.
Recht so: Kunst-geübte Geister
Sein selbst ihre Tugend-Meister;
Geben ihnen selbst die Spor'n/
Meinen/sie seyn sonst verloh'r'n/
Wo sie nicht ihr Tuhn und Tichten
Auff was nütliches stets richten.
Dir hat die Natur gegeben/
Himmel an empor zu schweben/
Durch vortrefflichem Verstand/
Den Dir ihre milde Hand/

Wers

Werther / in fast allen Fällen/
Wollen häufig gar zustellen.
Und bey so gestalten Sachen/
Hat doch nichts mögen machen
Die verfluchte Sucht der Ehr/
Der du niemals giebst Gehör/
Sondern sie dem nur gegönnet/
Der vor Stolz sich selbst nicht kennet.
Bleib fortbin bey den Gedancken/
Gib dich nicht auß deinen Schrancken
Die du vorgesezet dir:
Sieh / die Themisz wird dafür
Ehstes deiner schon gedenccken/
Und auff's beste dich beschenccken.

Also frolocket über seinen Hertzens-Freund/
als er selbst auff dem Parnasso des Op
der Flusses rühmlich disputiren sahe

Johann David Schamroht.

Es seynd zwar wunderviel des bösen Unrechts-Arten/
Von welchen Stadt und Land hat Schaden zu gewarten:
Wie dieses unsers Rechts Weitläufftigkeit beweist/
Die sonst nirgend her als auß denselben fleucht.
Doch findet man nicht leicht / die euch seyn zu vergleichen/
Die euer Ungerecht-und Heitzigkeit erreichen/
Ihr / die ihr euren Nutz und Vorthell darinn sucht/
Dass ihr nur steigeret die Feld-und Garten-Frucht.
Doch wil ich mehr von euch zu sagen lassen bleiben /
Nach dem Herz Stryk hiervon so wol hat wollen schreiben:
Viel lieber wünsch ich Ihm zu dem lob-werthen Stück
Und Ruhm / als welches itzt mein Zweck / von Hertzen
Glück.

Ed

Es müsse/ werther Freund/ der Weider Ihm nicht schaden/
Seins Lobes Wachsthum sey der Hindernüß entladen:

Der Höchste segne die unverdrosne Müß/

Die Er auß Kunst-Begierd anwendet spät und früh.

Solches schrieb seinem vertrauten brüderlich
chem Freunde glückwünschend

Adolff Viltuuet/ von Bielfeld
auß Westphalen.

In wolgemuthes Pferd darff keiner Sporen nicht/
Es ist schon von Natur zum guten unterricht:

Nicht anders geht es zu mit Kunst-ergebnen Sinnen/
Sie sporen sich selbst an was rühmlichs zu beginnen.

Ich ruffe Wittenberg zum Zeugen/ ob nicht Er/
Mein vielgeehrter S. R. V. K. / mit Weißheit voller Lehr

Sich selbst stets angefrischt; Und Franckfurt wirds gestehen/
Dem Augenscheinlich Er es itzo läßet sehen.

Es weis auch Cynthia wie Er bey stiller Nacht/
Da Morpheus andre schon zu ihrer Ruh gebracht /

Er seine beste Ruh gesucht bey den Schrifften/
So Heyl und Nutzen dem gemeinen Wesen stiftten.

Er dencket diesem nach: Wie daß man nicht allein
Ihm selbst gebohren sey; Er weis daß mehre seyn/
Die ihnen schon gesucht ein Recht zu unserm Leben/
Als denen die Natur es selber hat gegeben.

Mich dencht ich sehe schon/ wie daß sein Vaterland/
Mein Werther / biethe Ihm mit grosser Gunst die Hand:

Es kan nicht anders seyn/ Fleiß muß belohnet werden/
Im Fall es ferner noch wolgehen soll auß Erden.

Hiermit erwiese seine Pflicht seinem brüderlich/
zuverlässigem werthem Freunde
glückwünschend

Friderich Novius/ von Stralsf.
auß Pom. d. R. V.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.

Faint, illegible text, possibly a signature or stamp, located in the lower middle section of the page.





Ke 4682

S

Witz

Witz





3

QUOD FELIX FAUSTUMQUE JUBEAT
JEHOVAH.
DISSERTATIO JURIDICA
DE
DARDANARIIS

AD
L. ANNONAM VI. FF. DE EXTRAORD. CRIMINIB.
QUAM
CONSENSU AC AUTHORITY MAGNI-
FICI JURECONSULTORUM ORDINIS, IN ILLUSTRIS
HAC AD VIADRU ACADEMIA,
SUB PRÆSIDIO
VIRI NOBILISSIMI, CONSULTISSIMI ATQUE
EXCELLENTISSIMI
Dn. JOHANNIS BRUNNEMANNI,
PHILOSOPHI AC JCTI CELEBRATISSIMI, DECRETALIUM
PROFESSORIS PUBLICI MERITISSIMI, AMPLISS. FACULTATIS
JURIDICÆ ORDINARIÏ AC SENIORIS
VENERANDI;
DNI. PATRONI, PRÆCEPTORIS AC PROMOTORIS SUI
OMNI OBSERVANTIÆ CULTU ETATEM PROSE-
QUENDI.
PUBLICÆ ERUDITORUM DISCUSSIONI
SUBJICIT
SAMUEL STRYKE,
LENZENSIS-MARCHICUS,
AD D. DECEMBR. ANNO O.R. clō IŒCLXIII.
HORIS AB VIII. MATUTINIS
IN AUDITORIO JCTORUM.
Typis ERASMI RÖSNERI.